IO. SCHILTERI, IC. INSTITUTIONES IURIS FEUDALIS GERMANICI ET…

Johann Schilter, Johann Gottlieb Heinecke







IO. SCHILTERI, IC.
INSTITVTIONES IVRIS FEVDALIS GERMANICI ET LANGOBARDICI

OBSERVATIONIBVS
IO. GOTTLIEB HEINECCII, IC.
ILLVSTRATAE.

ACCEDVNT
EIVSDEM SCHILTERI
COMMENTATIO
DE
NATVRA SVCCESSIONIS
FEVDALIS
ATQVE AD EANDEM MANTISSA.



BEROLINI,
IMPENS. CHRISTIANI FRID. VOSSII,
cIↃ IↃ CCL.



HONORATISSIMO LECTORI
S. P.



Qui denuo prodit Schilterianus de feudis libellus, obseruationibus Ioannis Gottlieb Heineccii, ICti desideratissimi, nuper illustratus, iam quoque habet, quae commendare eum, praerogatiuamque quamdam conciliare iure quodam suo possint, de quibus pancula ex uoluntate bibliopolae monebimus.

Et ut sine ambagibus in rem praesentem ueniamus, libellus, qui tibi b. l. iam offertur, primum Argentorati 1695. forma, quam octauam uocare solent, prodiit, hoc insignitus elogio: Ioannis Schilteri, IC. *ad ius*

 feudale

feudale utrumque, Germanicum et Langobardicum, introductio seu institutiones,[1] *ex genuinis principiis succincte concinnatae, et ad fori feudalis hodierni usum directae;* repetitus dein ibidem sine ulla accessione, quamuis in Schilterianae uitae descriptione dicatur, exstare exemplum multis auctoris obseruationibus manuscriptis ditatum. Ex quo uero prodiit, communi statim adplausu fuit exceptus, quum primus fere fuerit Schilterus, qui theoriam iuris cum praxi atque institutis patriis felicissime coniunxit. Accedebat libelli breuitas iusta, quae compendium cuiusuis disciplinae ac scientiae quam maxime commendat. Quae et plures libelli dotes effecerunt, ut in plerisque Germaniae academiis ab antecessoribus celeberrimis in scholis iuridicis fuerit explicatus, illustratus, amplificatusue, hodieque adhuc fere solus in academiis regnet, ut adeo classicam prope auctoritatem consequutus uideatur. Sic acerrimi iudicii

uir,

uir, Nic. Hieron. Gundlingius, Schilterianum libellum ducem semper sequebatur, cuius quoque praelectiones uernacula nostra post eiusdem mortem tum Francofurti ad Moenum, cum praefatione clarissimi Feustelii, tum Norimbergae nuper prodierunt. Idem fecit celeberrimus Gottingensium antecessor, Georgius Christianus Gebauerus, qui libellum adnotationibus doctissimis ditatum in usum auditorum recudi fecit Lipsiae 1728, 8. ubi nuper iterum fuit repetitus. Quibus accedit magnum nuper Fridericianae ornamentum, Ioannes Gottlieb Heineccius, cuius obseruationes postumae primum prodiere Berolini 1742, 8. Omnium uero industriam superauit Fridericus Carolus Burius, uir celeberrimus, cuius commentarii amplissimi nuper hoc elogio edi coepti, Erleuterung des in Deutschland üblichen Lehen-Rechts, cet. optandumque, ut in labore hoc utilissimo strenue pergat.

 Quodsi

Quodsi praeterea eorum sequendus esset mos, qui aliorum iudicia libris praemittere tamquam hederam solent, libellus in maioris molis excresceret librum; quare potiora tantum dabimus. *Quod ego laudo*, inquit illustris Gebauerus, *est mira breuitas, nec minor tamen rerum copia, concinnus ordo, iucundum denique iuris recepti cum patriis moribus connubium.* Perillustris Senckenbergius, augustissimi iudicii imperialis aulici hodie adsessor grauissimus, quamuis usum forensem saepe deesse, nihil fere iuris Germanici, praeter Specula, adhiberi, interdum a iuribus peregrinis nostrum in deuia abripi putet: tamen uel sic *honesto satis loco libellum indicat stare, exiguae quidem molis, sed rebus refertissimum, satis ordinatum, a Langobardicis pariter, ac Germanicis doctrinis instructum plurima praebere, quae apud alios frustra quaeras, stilum curiarum referre, et genuinis plerumque principiis esse imbutum.* Id nonnulli desiderarunt,

rarunt, doctrinam de successione feudali ex merito non esse pertractatam, quibus uero Gundlingius, quantum satis est, respondit. Et ipse Schilterus non multo post hanc de successione, praesertim lineali, materiam uberius pertractauit binis scriptis eristicis, quorum historiam uerbis celeberrimi Wolfii enarrabo. „Occasione successionis Palatinae Io. Wolfgang. Textor „Heidelbergae *Disputationem de successione ex linea ad II. Feudor. 50. et* „*Aur. Bull. tit. 7. et 25.* pro Neoburgico publicae lucis fecit. Schilterus „autem *Commentationem ad II. Feudor.* „*50. de natura successionis feudalis, in* „*qua linealis quoque successionis origo* „*atque usus in foro Germanico succincte* „*exponitur*, Argentorati 1696. scripsit „pro Veldentino. Huic Textor nouum „opposuit opusculum, sub rubro: *Successio linealis per se in electoralibus* „*imperii saecularibus, ex II. Feudor. 50.* „*et Aur. Bull. nec non Sigismundi Bul-* „*lis specialibus, defensa et declarata.*

„Seque-

„Sequebatur deinde Schilteri *Mantissa „ad commentationem de natura successionis feudalis*. Atque hanc excipiebat „Textoris *Mantissa, pro successione lineali, Mantissae impugnanti circa explicationem textus II. Feudor. 50. opposita*. Huic Schilterus *obseruationes* adiecit, et cum praecedente scripto istud „etiam tractatui suo *de paragio atque „appanagio* Argentorati 1701. subiiciendum curauit„. Hactenus cl. Wolfius.

Denique nostram editionem quod attinet, typographus priorem, quae Berolini prodierat, fuit sequutus. Lectorum commodo adiici curauimus Schilterianam Commentationem atque Mantissam, indicem denique locupletiorem. Emendationi libelli ob absentiam uacare nobis non licuit, quare errores typographicos, si qui forte irrepserint, nostrae nemo imputabit inaduertentiae. Sed satis praeloquii. Tu, lector beneuole, uale, nobisque faue. Scrib. occupatissimi *Berolini d. 13. Aprilis* cIↃ IↃ CC L.



IO. SCHILTERI
PRAEFATIO
AD
B. L.

* * *

Quantumuis tanta iam ſit copia eorum, qui de iure feudali ſynopſes, inſtitutiones, ſyntagmata, partitiones, commentarioſque ſcripſerunt, ut eam non uehat una ratis; ut propterea facile quis hac opella ſuperſedere potuiſſet, unde nulla laurea ſperanda: uerum tamen id, quod huius iuris peritiores in uniuerſum de eo conqueruntur, quod multa et magni momenti argumenta in eo haud digne elaborata, aut uix attacta cer-

 nan-

nantur, id, inquam, speciatim de fori Germanici usu feudali obseruaui, postquam ultra iam triginta annos, tum in ipso foro et postulando, et consulendo, et iudicando uersatus fui, tum in scholis feudalibus studiosae iuuentuti prodesse studui, quantum diuina gratia largiri uoluit. Constat sane, et confitetur OBERTVS DE ORTO ad ANSELMVM filium, quod consuetudines feudales sint uariae, et secundum diuersorum locorum aut curiarum mores sint diuersae, nec breuiter possint dici, nec suo OBERTI libello facile comprehendi, unde et usum tantum feudorum, qui in suis Langobardorum partibus obtineant, exposuerit: quare facile inde perspici, ac diiudicari potest, quod ex solis OBERTI et NIGRI libellis, et Langobardorum moribus, de aliorum populorum moribus feudalibus caussisque sententiae ita promiscue ferri non debeant, quum et principiis, et conclusionibus multum saepe differant. Perspexit hoc in Gallia praecipue CAROLVS MOLINAEVS, insignis IC. in Germania inferiori FRID. a SANDE, in Germania superiori et Alamannia SEBAST. MEICHSNERVS IC. et assessor camarae imperialis, qui ob id ante saeculum denuo ius feudale Alamannicum edidit, postquam mox, inuenta arte typographica, *Argentorati* anno 1505. primum typis excusum esset. Qua de re haec

ad

ad ADAMVM de HOHENECK, consil. elect. Pal. ille praefatus idiomate uulgari, Latine quae ut exprimantur, operae pretium fuerit: *consultum fore arbitratus, ut hic codex iuris prouincialis et feudalis Germanici, et consuetudinum, iterum typis subiiceretur, praesertim cum multi nobiles, et alii saepius me sollicitarint; eoque magis quod SEBASTIANVS MVNSTERVS in libr. III. Cosmographiae eumdem magna cum laude allegauerit, atque quum eum inspiciendi ipsi copia facta fuisset, aliquot particulas ex eo inseruerit, et sic censuerit, quod codex ille potissimum nationi Sueuorum a tempore, quo Germania ad religionem Christianam conuersa, praescriptus fuerit. Vbi tamen sciendum, quod quia Electorum, qui circa ann. 1000. uel tempore Ottonis III. constituti, mentionem facit, aliquantum recentior sit oportet, neque tamen negari potest, codicem hunc non solum ex antiquo iure communi Caesareo scripto, sed etiam ex aliorum imperatorum, ut Caroli M. Ludouici Pii, cet. constitutionibus, itemque legibus Langobardicis, Boariorum cet. et aliis, atque sine dubio in multis Speculo Saxonico, quod per Ottonem M. anno 946. confirmatum fertur, conformis redditus, et per aliquem peculiarem aestimatorem ante plurimos annos, ex iussu tum gubernantium principum compilatus. Etsi porro uaria inibi reperiuntur, quae cum sacra scriptura plane non consentiunt, sed uel ex uetustis legendis, aut humanis traditionibus desumta forte; hoc tamen omnibus non ignotum est, quod uerbum Dei*

et sacra scriptura praeferatur, et omnia secundum eam regulanda, nec quisquam desuper scandalum capere, sed cum maioribus nostris, tamquam Christianis infirmis, commiserationem habere, et omnia in meliorem partem interpretari debeat. Quare, etsi satis caussae sit, ut hic codex etiam in meliorem ordinem per distinctiones uel capita redigeretur, sed tamen ut ipsi sua auctoritas relinqueretur uetustatis, nec iis, qui eiusmodi uetusta exemplaria haberent, de aliqua immutatione facta querendi, aut, quasi de nouo fictus esset, contemnendi ansa daretur, idcirco pluribus ex nobilitate uisum fuit, hunc codicem ita, uti anno 1505. publicatus fuit, denuo sine ulla immutatione imprimi facere, quum alias conclusio atque finis longe melius praemitti potuisset. Quam iucundus porro, utilis, atque necessarius hic codex Germanis iam futurus sit, quilibet, qui eum legerit, deprehendet secum; quod uero nunc pluribus demonstrare ideo omittimus, ut quilibet eo cupidior sit id per sese experiri: ubi etiam mirabitur, quare hic codex hactenus expressus nec citius diuulgatus fuerit, quippe quo perplurimae lites euitatae fuissent. Denique posito, quod hic codex non peraeque, ac aliae constitutiones imperii, recipiendus esset, tamen ad minimum ad declarationem ceterarum constitutionum, et aeque ac aliae historiae de moribus et consuetudinibus Germanorum legendus esset; quippe cum in eo de hominibus propriis, morgengaba, obstagiis, banno, monetis, itemque de iuribus Sueuorum, Francorum, ac Saxonum, aliisque plurimis scriptum

sit,

sit, quod alibi non obseruatum exstat, ut quamuis quis plurimos libros euoluerit, tamen uix ea sit inuenturus sit. Quoniam itaque, domicelle beneuole, et tu antea hunc codicem perlustrasti, et tibi una cum pluribus aliis ex ordine equestri, et praesertim b. PHILIPPO EVLNER *de* DIEPVRG, *cuius exemplar pergamenum, et nuperrime* PHILIPPO *de* GEMMINGEN *in* GVTENBERG, *consiliario Palatino-Bipontino, qui itidem exemplar meo conforme habet, hunc codicem iterum renouari placuit, itaque eo magis ad gratificandum uobis, exemplar meum, nihil quidquam addens, typis mandaui, et me absente curaui, ut orthographia, quia exemplar ualde uetustum et incorrectum, eo melius obseruaretur, usque dum aliquando hoc opus cum aliis MSS. conferretur, et in meliorem ordinem redigeretur.*

Hunc codicem ait MEICHSNERVS aliquamdiu repressum fuisse, ab Italis scilicet doctoribus in Germaniam irrepentibus, nihilo minus tamen ius ipsum in illo codice contentum non potuit supprimi, quippe quod mansisse cernitur in usu forensi magna ex parte, inque curiis feudalibus, eorumque stilo, in pactis inuestiturarum, diuisionum, familiarum, aliisque negotiis feudalibus, quae porro ex eo iure interpretanda ueniunt, iudicandaque, ex quo originem suam, uimque ac naturam trahunt. Cum igitur illum codicem cum plurimis MSS. collatum nitori suo per Dei gratiam restituerim, ad-

iectis etiam aliis iuris feudalis Gallici et Langobardici commentariis, ut iuſtum iuris feudalis corpus conficeretur, reliquum uidebatur, ut in gratiam cupidae huius ſtudii iuuentutis, ſuccinctam utriuſque iuris feudalis, Langobardici et Alamannici, introductionem concinnarem, quam cum ſuperiori aeſtate auditoribus meis propoſuerim, uiſum fuit et aliis eius forte cupidis communicare. Vale B. L. et faue. Dab. *Argent.* CIƆIƆCLXXXXV.



CAPVT

CAPVT I.

DE ORIGINE ET AVCTORITATE IVRIS FEVDALIS.

* * *

§. I.

Feudorum nomen Latine scribentibus recentius est, quam res ipsa: quippe quae *beneficii* nomine antea ueniebat, *II. F. 23. pr* et ita in *Kapitularibus* CAROLI M. passim uocatur, arrepta uoce a beneficiis ueteranorum apud Romanos, *Comm. ad ius feud. Alam. rubr.* §. 5. Feudi nomen postea Latine dici coepit, saltem ab anno 1000. (*) licet uulgo antea obtinuerit, compositum ex *FE* et *OD*. Priscis enim semper *feodum* scri- Verborum significatio. Beneficium. Feudum.

A 5 ptum,

(*) Immo multo ante hoc tempus. Vt enim alia testimonia praetermittam, ipse SCHILTER. in *Dissertat. de curtis dominicalibus, pag. 579.* edidit chartam LVDOVICI PII. a. 814. scriptam, in qua feudi expressa fit mentio.

ptum, quod significat fundum stipendiarium. *Od* enim significat ueteribus fundum, *ein Gut*, et *fe* stipendium, salarium. Vnde LVDOVICVS CANTARELLVS FABER *libr. I. de feud. c. 2. et 3.* Gallice dici posse ait *possession de la solde*(*). Germanis communiter Lehen uocatur a leihen, quod uocabulum 1. notat commodatum et mutuum, 2. locationem et conductionem, et emphytheusin censumue, 3 conuentionem inter dominum et nobiliores de populo, arctioremque societatem militarem quam cum reliquis subditis dominus haberet, idque, ad seruitia militaria equestria (**): quae cum plus sumtuum ad praeparationem requirerent, consueuit, ut pro tali stipendio feudali seruitia ista praestarent uasalli, qui et *milites κατ' ἐξοχὴν*, id est, equestres uocati. Et uidentur priscis Gallis *ambacti* dicti, quos IVL. CAESAR *clientes* interpretatur *libr. VI. de*

(*) Hanc deriuationem uocabuli *feodi* egregie illustrat HENR. SPELMANN. in *Glossar. pag.* 200. quocum iungenda est GEBAVERI *Differt.* sub titulo *origines feodi, qua uocem, qua rem, non externae, sed Germanicae, Lipsiae 1732.* habita.

(**) Tantum enim abest, ut militia equestris apud ueteres Germanos ex faece hominum colligeretur, ut GVNTHER. in *Ligurin. libr. II.* hoc uitio uertat Langobardis, quod et humile uulgus ad hanc militiam admittant. Eius uerba tali sunt:

Vtque suis omnem depellere finibus hostem
Possit, et armorum patriam uirtute tueri:
Quos libet ex humili uulgo, quod Gallia foedum
Iudicat, accingi gladio concedit equestri.

VI. de bell. Gall. cap. 14. Certe *bassi* atque *uassi* in *Capitularibus Carolinis* appellati, a Celtica uoce, *gvvas*, qua Brittones iuuenem et ministrum denotarunt, Gallis *gaesus*, uir fortis, strenuus: a uasso, *uasallus*, proprie subinfeudatus, Germanis *Edelknechte* dicti, et simpliciter *Knechte*. Porro *leudes* siue *lodes* etiam ceteros subditos comprehenderunt. Vasalli. Leudes.

§. II.

Ius feudorum uel feudale cum dicimus, itemque *usum et consuetudines feudorum*, plerumque partem iuris prudentiae intelligimus, quae circa feuda uersatur. Idque iterum tripliciter potissimum: uel enim indigitamus *compilationem* consuetudinum feudalium, uel ex his digestum aliquod *systema* in formam artis redactum, uel *habitum* ex illis in hominis mente formatum. Deinde etiam *ius feudi* dicitur ipsa qualitas rei et conditio, ob quam aliquid possidetur: ita dicimus, *iure feudi* possidere, item *iure beneficiario* dare, prout opponitur iuri allodii (*). Ius feudorum, uel feudale quid? 1. 2. 3. Ius feudi quid?

§. III.

Ius feudorum suam originem non ex promulgatione legum, sed ex usu populorum acce- Origo.

(*) Haec oppositio hodie recte se habet: sed olim dabatur tertium, nempe praedium Salicum, quod itidem a principe dabatur solis masculis, sed tamen sine lege seruitiorum militarium. De illis uid. MARC. ANTON. DOMINICVS *de praerogatiua allodior. cap. 7. §. 4.* et *Elem.* nostr. *iur. Germ. libr. II. tit. 1. §. 14.*

accepit (*), et eatenus est consuetudinarium, *II. F. 1. in praefat.* accessit tamen etiam ius scriptum, siue promulgatum per constitutiones imperatorum, ut uidere est in *Kapitularibus Carolinis*, quae indicaui *ad rubr. iur. feud. Alam.* §. 9. itemque, *I. F. 1. §. 2. II. F. 27.*

§. IIII.

Ius Langobardicum.

Consuetudines de feudis uariae sunt ac diuersae pro diuersitate populorum et nationum Europaearum, II. F. 1. Ius Langobardorum in scripturam redegerunt GERHARDVS NIGER et OBERTVS *de* ORTO, consules Mediolanenses sub Friderico I. imperatore. Horum libellos in unam compilationem redegit, atque usu recentiori, post tempora Friderici I. adauxit anonymus quidam, qui *feudista* uulgo nominatur. Sed idem fuit, qui eamdem etiam iussu Friderici II. imper. (**) ut collationem X. Nouellis Iustiniani adiecit, scil. HVGOLINVS ICtus Bononiensis, teste ODOFREDO *in auth cassa, n. 1. C. de sacros. eccles.* BALDO *Praefat. in libr feud.*

ANTON.

(*) Veteres enim Germani legibus scriptis plane destituebantur. Id quod eo credibilius est, quo magis constat, eos ne litterarum quidem usum aliquem habuisse ante saeculum quartum. Vid. *Hist. nostr. iur. libr. II. cap. 1 §. 1.*

(**) Ex quo facile patet, cur ipsi Friderico II libros feudorum tribuant GOBELINVS PERSONA in *Cosmodromio, libr. II. cap. 64. pag 780.* apud MEIBOM *tom. I.* et ENGELHVS. in *Chronic. pag 1115.* Quamuis enim ipse Fridericus non sit auctor, eius tamen auspiciis et iussu hoc opusculum ab Hugolino additum est Corpori iuris.

ANTON. MONACHO *de recta feudorum interpretione, cap. 3. n 45.* Vid. *Praefat* nostram *ad* ANT. MINCVCCIVM *de Prato ueteri.* Hodie pro *iure feudali communi* habetur ius Langobardicum, eodem scilicet modo, quo et ipsum ius Iustinianeum in allodiis.

§. V.

Ius feudale Francotum et Germanotum antiquius est, et in Scripturam redigi coepit iam tum a temporibus Caroli M. tandem in comitiis Noricis (*) circa annum 1204. promulgatum, quod et *Sueuicum*, *Alamannicum*, itemque *Francicum* appellatur, cuius concinnatorem BERTOLDVM, *comitem de Grimmenstein* fuisse, refert GOLDASTVS *in Praefat.* der Reichs-Satzungen. Ius Alamannicum. Saxones illud sub Friderico II. sed alicubi immutatum agnouerunt, quod EPKO *de* REPKAW, eques Saxo, transtulit. Saxonicum.

§. VI.

Quemadmodum iuris Romani non est uilis auctoritas, sed non tanta, ut uincat usum et consuetudines feudotum, *II. F* 1. ita porro Auctoritas iuris Langobardici.

(*) Probare hoc conatur auctor in *Praefat. ad ius feud. Alam.* ex GOTHOFREDI *monachi S. Pantal. Chronic. ad a. 1208.* sed ibi nihil reperias, nisi quod principes iurarint, se Caroli M. leges obseruaturos. Non contra luculenter ostendimus, ius feudale Saxonicum conditum esse initio saeculi XIII. Alamannicum uero non nisi sub finem istius saeculi. Vid. *Hist. nostr. iur. libr. II. §. 74. et 83.*

porro usus feudorum Langobardorum, uel, ut loquitur OBERTUS *de* ORTO ad ANSELMVM filium, *qui in nostris partibus obtinet, non extendit uim suam in alias prouincias* extra Lombardiam, ueluti Hispaniam, Galliam, Germaniam, Angliam, nisi quatenus receptum est: sed in quolibet regno secundum consuetudines feudales proprias iudicatur (*): *strenuus autem legis peritus, sicubi casus emerserit*, qui consuetudine feudali propria non sit comprehensus, *absque calumnia uti poterit consuetudine* feudi Langobard. sicuti porro lege Romana. *U. F. 1.*

§. VII.

Partitio librorum.

Libri Langobardici communiter duo sunt, quos in meliorem ordinem redegit ANTONIVS MINGVCCIVS *de Prato ueteri*, itemque BARTOLOMAEVS BARATERIVS. His nouellam compilationem adiunxit IACOBVS *de* ARDIZONE, *cap. 149.* ut capitula *extrauagantia*: quae etsi in foro non sit eiusdem auctoritatis ut prima compilatio, quippe auctoritate collationis X destituta, tamen sua utilitate, et rerum iudicatarum auctoritate

(*) Et hinc dici nequit, ius feudale Saxonicum et Alamannicum hodie nullius usus esse, quod probare uoluit HARPPRECHT. in *Speculi Suevici, et praesertim iuris feudalis Alamannici in foris uacariatus Sueno-Franconico-Palatini non-usu modernus.* Quamuis enim ipsi libri non possint pro norma haberi, ad quam caussae feudales decidantur: ipsa tamen experientia docet, multas doctrinas, his libris comprehensas, hodienum in uiridi esse obseruantia.

tate haud caret (*). Quoties denique duae sententiae contrariae in libris feudalibus referuntur, non semper posterior praeualet, sed quae menti referentis, et rationi iuris conformior. Vid. ANT. MONACH. *de uera feud. interpret. cap. 57. part. 1. n. 4. sqq.*

(*) Secus sentiunt uiri doctissimi, inprimis ERICVS MAVRITIVS, *Disp. feud. I. posit. 10.* Rem optime expediuit HENR. COCCEIVS in *Hypomnemat. iur. feud. cap. 1. § 11* ubi ostendit, usum aliquem esse horum textuum, si cum capitulis ordinariis conueniant.



CAPVT

CAPVT II.
DE FINE ET OBIECTO IVRIS FEVDALIS.

* * *

§. I.

Finis feudorum.

Finis feudorum primus fuit ſocietas militaris, mediante re a domino data, uel tradenda, ad utriuſque maiorem ſecuritatem. Fines deinde et alii conſecuti, utpote palatia ſeruitia, uel curialia (*), immo et ſola fidelitas uaſallitica quandoque intenditur.

§. II.

Iurisprudentiae feudalis.

Finis iuriſprudentiae feudalis eſt ſcientia legum et conſuetudinum (**), totiuſque ordinis ſocietatis iſtius feudalis ſecundum diuerſas formas feudorum.

§. III.

(*) Caue tamen huc referas actus iſtos ridiculos, quos aliquando domini a uaſallis exegerunt, uel. uti ut quotannis ſaltarent, alapam a domino ferrent, aliquando etiam cantilarent. Haec enim omnia non officia palatina fuerunt, ceu uiſum eſt GEBAVERO, ſed certi tantum actus, quibus illi, qui feuda franca poſſidebant, agnoſcerent dominium directum.

(**) Immo potius iuſtitia, ut nempe et domino, et uaſallis, ſuum cuique tribuatur. Fieri enim non poteſt, ut finis diſciplinae alicuius practicae, qualis et ius feudale eſt, ſit ſola ſcientia.

§. III.

Obiectum iuris feudalis sunt caussae feudales et actiones circa ius personarum et rerum: personae sunt domini rerum suarum ex una, et ex altera parte milites; idque regulariter. Porro, pro finium differentia, differunt etiam personae (*), de quibus in *capite quarto* dicemus. Obiectum. Personae.

§. IIII.

Res, in quas feudalis qualitas induci potest, et quae in commercio sunt, duum sunt generum, *allodia* et *feuda* (**), feudi vocabulo latius accepto; quo usque patet vocabulum Germanicum *Lehen*, scilicet pro domino utili et directo inuicem separato, ita ut etiam feuda rustica, et bona emphyteutica, iremque censitica in hoc generali conceptu einea *Lehens* comprehendantur. Res feudales.

§. V.

Iure nostro alterum iuris huius genus *allodialia* priscis uocantur, etiam res propriae, quem- Allodiales.

(*) Hinc alia sunt feuda data ministerialibus, alia militibus, alia clericis, alia rusticis. Hinc et diuersissima sunt praestandorum genera seu seruitia, de quibus omnibus infra suo loco erit agendum.

(**) Inprimis uero allodia commutata sunt in feuda per spontaneam oblationem, cuius caussae fuere plurimae, quas accuratissime descripsit HERTIVS, *de feudis oblatis, cap. 1.* Maxime uero ideo offerri solebant feuda, ut imbecilliores potentiorum defensione aduersus hostes fruerentur.

quemadmodum feuda uocantur etiam res *fiscales*; *fiscus* enim etiam pro feudo usurpatur, uid. DV FRESNE *Glossar.* uoce: *fiscus.* Atque ut feudum proprie praedium stipendiarium notat: ita *allodium* Latine *heredium* dixeris; contractum enim est ex *adelod*, h. e. praedium bonum, quod idem ac alias *Adel Erbe* uocatur, OTFRID. *libr. I. cap. 18. u. 58* et *Adel Erbo* est heres priscis. Allodium itaque proprie significat hereditatem (*), praedia ciuilia, liberam possessionem, fundum a seruitiis militaribus liberum. De praerogatiua allodiorum scripsit eleganter MARC. ANTON. DOMINICVS, ICtus Gallus. Huc pertinent etiam *feuda solis*, Sonnen-Lehen, quae fere ridicule ita appellantur, quasi omnia bona oporteret dici feudalia: sunt enim nihil aliud quam allodialia (**), FRID. *a* SANDE in *Consuet. feud. Gelr. et Zutph tract. praelim. cap 1. n 3* *Allodialia* itaque bona sunt, quae iure proprio et hereditario plenoque dominio possidentur, *II. F. 54.* *Feudalia* sunt, quae iure tantum dominii directi et utilis possidentur.

§ VI.

(*) Recte obseruauit HIER. BIGNONIVS *ad* MARCVLPHI *Formulas*, *libr. I cap. 2.* in sensu strictissimo *allodium* dictum esse, quidquid a maioribus ad aliquem iure hereditario peruenerit, eique opposita esse bona adquisita postea uero acceptione uocis latiore omnia bona dicta esse allodialia, quae nemini nexu feudali obstricta essent.

(**) Enimuero sic uix reddat rationem, cur non omnia bona allodialia uocentur Sonnen Lehen, et cur uulgo scriptores fateantur, hodie paucis-

§. VI.

Feudi uox alias accipitur inprimis tripliciter, 1. pro materia et re feudali, 2. pro contractu ipso, quo res aliqua fit feudalis, inuestitura, 3. pro effectu iuris, h. e. pro dominio directo ex parte domini, uel utili ex parte uasalli. Materiam itaque feudalem quod attinet, in feudum dari possunt et bona allodialia, et ipsa feuda, quae *subinfeudatio* uocatur, et iure Teutonico feudali usque ad septimam personam fieri potest. Ratio istius numeri septenarii est sumenda ex clypeis militaribus (*), *Ius feud. Alam. cap. 1.* Ceterum in genere hic regula iuris ciuilis locum habet de rebus alienandis. Itaque regulariter in feudum dari possunt omnia, quaecumque ualide possunt alienari, res corporales immobiles, aut per destinationem solo perpetuo cohaerentes, et res incorporales, ut

Feudi homonymia.

Regula.

sima esse feuda solis. Tu ergo potius obserua, *feuda solis* dicta esse, quae paullatim qualitatem feudalem amiserunt; ita ut postea possessores nullum recognoscerent dominum directum. In huius mutationis signum postea possessores equo cataphracto uecti gladium euaginatum uersus solem uibrabant. Exemplum uide apud SCHOPP. *de allodiis, cap. 1.*

(*) Hi clypei militares, quorum mentio fit in *iur. feud. Alam cap. 1.* nihil aliud sunt, quam septem gradus nobilitatis in Germania olim recepti, quorum primus erat penes regem, alter penes principes ecclesiasticos, tertius penes saeculares, quartus penes comites, quintus penes barones, (qui c. l. uocantur Mittelfreye, sextus penes ministeriales, (adeliche Ritter und Knechte), septimus denique penes ingenuos ciues, qui uocantur Semper-Leute.

ut iura, *II. F. 1. §. sciendum est, et 56.* **Res** etiam corporales mobiles, et fungibiles, uelluti pecunia, annona, et quantitas quaecumque, praestita cautione de sorte seu quantitate restituenda(*), si feudum apertum fuerit. *Comm. ad ius feud. Alam. cap. 14.*

§. VII.

Exceptio. Vnde excipiuntur res, quae alienari prohibentur, adeoque nec in feudum dari possunt, *II. F. 3. §. 1.* utpote quae in dominio dantis non sunt, non possunt infeudari: ueluti *fundus alienus*, qui in commercio est: sed hoc casu de euictione tenetur(**), *II. F. 8. et 25. h. t.* STRAVCH *Differt. X. ad ius Iustinian. §. 3.* si uero non est in commercio, sed e g. in principis patrimonio, tunc nec aestimatio debetur, per *L. 39 §. 7. D. de legat. 1.* nisi dolus concurrat, qua de re uid. *Exercit. nostr. ad Pandect. XXXVIIII. §. 24. et seqq.* In patrimonio autem priucipis dicuntur ea, quae usibus principalibus, et personae ac statui principis inseruiunt, *L. 72. §. 1. D. de contrah. emt. L. 1. §. 1. D. de off. procur. Caes.*

§. VIII.

(*) Haec cautio quodam modo analoga est cautioni quasi usufructuariae, siquidem et is, cui quasi usus fructus in re fungibili constitutus est, cautionem praestat, se finito quasi usu fructu tantundem in eodem genere restituturum.

(**) Et hoc ipsum exprimi solet formula: wir wollen deshalb sein bekenniger Herr und Gewehr seyn; quippe qua uasallo euictio diserte promittitur. Quin si uel maxime omissa sit haec formula, nihilo minus debetur euictio, nisi uasallus sciuerit, se re aliena inuestiri, *II. F. 8.*

§. VIII.

Igitur *res sacrae*, ut aedes sacrae cet. in feudum dari non possunt, quia, quamdiu tales sunt, sunt extra commercium et dominium utile: *bona* uero *ecclesiastica* in feudum dari possunt (*): sic et ius patronatus. Exceptio exceptionis.

§. VIIII.

Siue allodium siue feudum in uel subinfeudetur, utrumque est aut *de territorio* et iurisdictione domini conferentis, aut non, sed tantum *in dominio*. Priori casu, si est *de territorio*, et uasallus et subditus est, qui inuestitur, et utrumque homagium praestat, Erb-Huldigung und Lehens Pflicht; posteriori casu fit *mere uasallus*, et praestat tantum homagium, non subiectionis, sed uasallagium, Lehens-Pflicht, nicht aber Erb-Huldigungs-Pflicht. Hinc *castrum* a domino recognoscens, eo ipso non recognoscit iurisdictionem ordinariam, et superioritatem domini (**), nisi castrum sit de territorio domini, Declaratio.

(*) Immo uel maxime bona ecclesiastica infeudari solebant a praelatis, ut a uasallis suis defenderentur aduersus paganos, aliosque persecutores. Exemplum abbatis Laureshamensis, qui mille et ducentos uasallos in aciem educere poterat, habes apud EREHER. *Scriptor. rer. German. tom. I. pag. 131.* Add. HERT. *de feud. oblat. part. I. §. 6.*

(**) Vnus quisque uasallus agnoscere tenetur iurisdictionem curiae feudalis, non autem iurisdictionem ordinariam, si extra territorium sit. Sic e. g. reges Prussiae et Daniae feuda quaedam recognoscunt, ille ab abbatissis Quedlinbur.

mini, uid. CAROL. MOLIN. *ad consuetud. Paris tit 1. gloss. 5 n 61* Idem est, si quis bona sua feudalia ab episcopo aliquo recognoscit, regalia uero in iisdem feudis ab imperio: id quod maxime de comitibus imperii obseruat SCHOPPIVS *Thes. feud. pract.*

§. X.

Castro in feudum dato, *iurisdictio* in eo simul data *non praesumitur*, nisi fuerit pertinentia tempore concessionis, BALD. *in cap 1 capitan qui cur uendid.* MOLIN *dict. gloss. 5 n 46 et seqq* Iurisdictione in feudum concessa, *inferior* tantum intelligitur, non omnis. cum in dubio, quod minimum est, sequamur (*), *L. 34 D. de reg. iur* atque imperium merum requirat concessionem specialem aut expressam, quae tamen continetur in clausula: *cum omnimoda iurisdictione*, idem MOLIN *n 48* Ex his iudicari potest, quid iudicandum sit de casu, si quis *proprias res suas sciens* ab altero in feudum recipit, an ualeat? Negant BARTOL. et alii, et idem MOLIN. *n 26 et seqq.* et aiunt nihil agi, nisi traditio accesserit. Allegant pro

gensi et Gandersheimensi, hic a ducibus Brunsuicensibus et Luneburgensibus, et nemo tamen dixerit, hunc nexum feudalem inuoluere iurisdictionem.

(*) Maxime quum plurale tantum sit uocabulum Germanicum, die Gerichte, adeoque inde colligi non possit, utrumque iurisdictionis genus alicui in feudum datum esse. Quod obseruandum est contra ratiocinationem TITII in dem Deutschen Lehen-Recht, *cap. 8. §. 60.*

pro fundamento *L. 28 D de adquir. poss.* (*). Sed praeterquam quod ista *L. 28.* agat de ipsa traditione, non est tamen ratio decidendi ex peregrinis principiis, sed ex propriis arcessenda, i. e. feudalibus, quae hoc suggerunt, quod sciens rem propriam in feudum recipiens ab alio, obtulerit eo ipso dominium directum inuestienti, siue traditio facta fuerit, siue non.

(*) Lex haec agit de locatione conductione, quaa ab infeudatione toto caelo differt. Nulla enim est ratio, cur quis rem suam sciens ab alio conducere uelit: at contra permultae rationes, cur quis rem suam alteri in feudum offerre uelit. Et huius modi rationes permultas recensuit HERT. *de feud. oblat. part. 1. §. 2. seqq.*



CAPVT III.
DE ESSENTIA ET NATVRA FEVDORVM.

* * *

§. I.

Essentia generica feudi. Ex hactenus dictis constat de essentia generica societatis nostrae feudalis, quae inter conferentem et accipientem contrahitur mediante re. Porro cum et finem iam cognorimus, atque finis et forma coincidant, secundum regulam philosophorum: facile iudicari potest etiam de essentia ipsa, siue forma et differentia specifica, qua feudum Species affines. differt et ab emphyteusi, et a censu, quae alias etiam *Lehen* uocantur, et antiquis *feoda seruilia*, itemque a subiectione et ministerio (*), quae et ipsa fidelitatem aliquam continent.

§. II.

(*) Subiectus praestat homagium, uasallus iusiurandum feudale, ministerialis uel officialis iusiurandum officii, (Die Amts-Pflicht). Subditi fidelitas sese exserit in obsequio erga leges, uasalli in adimplendo contractu feudali, officialis in exsequendo mandato. Denique subiectus et officialis non inuestiuntur, uasallus per inuestituram constituitur.

§. II.

Emphyteusis. Census. Bona libellaria.

Cognatae enim species sunt, emphyteusis (*), census (**), et bona libellaria (***), (quae ad utrumque referuntur, et ad emphyteusin, et ad censum,) quae cum feudo conueniunt, quoad naturam genericam, dominii utilis, differunt fidelitate, quam nec emphyteuta, nec censitus praestat. Porro

 em-

(*) Huius differentia a feudo in eo consistit, quod 1.) emphyteusis est contractus iuris Romani, feudum iuris Germanici; 2.) illius finis est oeconomicus, huius militaris; 3.) illa non coniuncta est cum iureiurando fidelitatis, hoc fidelitatem semper requirit; 4.) quod emphyteuta canonem soluit, uasallus seruitia militaria regulariter praestat. Conf. BVRMANN. *de uectigal. pop. Rom. cap. 1. et 2.*

(**) Bona censitica sunt originis Germanicae, eoque onere grauata sunt, ut quotannis ex praedio certus census soluatur, siue in signum iurisdictionis, siue quia totum pretium uenditori solui non potuit, adeoque pro residuo annuus census promissus est, siue denique reditus annui emti sint in fraudem legum usurariarum. Diximus de huius modi bonis in *Elem. iur. Germ. libr. II. §. 34. seqq.*

(***) Attamen non quilibet libellus, uel quodlibet instrumentum efficit, ut contractus libellaris possit dici, sed praecipue requiritur, ut dominus in illo instrumento sibi stipuletur renouationem contractus certo tempore faciendam pro certo laudemio, quod in Germania uocatur der Wein-Kauf, item die Lehenwaare. Ab isto laudemio tamen differt honorarium, quod uocatur der Schreibschilling de cuius discrimine a laudemio singularem dissertationem scripsit CHRISTIVS.

emphyteusis, Erb-Zins-Lehen, et census, Zins-Lehen, differunt inter se iure expellendi ob non solutum canonem intra triennium, quod ius habet dominus emphyteuticus.

§. III.

Ius uetus quoad durationem.

Sciendum autem est, consuetudines et leges feudales essentiam et naturam feudorum primaeuam multum uariasse et alterasse. Primo tempore sic erat in dominorum potestate, ut quando uellent, possent auferre rem in feudum a se datam, ut usum fructum precarium. Postea eo uentum est, ut per annum tantum firmitatem haberent (*); deinde statutum est, ut ad uitam usque uasalli produceretur, ut usus fructus communiter. *I. F. 1. §. 1.*

§. IIII.

Ius nouum.

At a CONRADO SALICO imperatore a. 1027 ad preces fidelium constitutum, ut ad filios successio feudi *transmitteretur*, quod mox ulterius extensum, atque sic feudum naturam *dominii* minus pleni induit, quod uocatur *dominium utile* ab interpretibus, oppositum *directo*, quod domini est, utrumque tamen retinuit ex ueteri consuetudine uetus no-

(*) Vel ad aliud tempus in litteris inuestiturae expressum. Hinc in testamento Alfredi, regis Anglorum, legimus: *alterum feodum, quem ego Egilulfo dedi usque ad certum tempus.* Hodie quoque supersunt feuda ad dies uitae tantum concessa, quae uocantur Schupf-Lehen, de quibus BESOLDVS in *Thesaur. pract. h. u.*

nomen, ut dominium directum etiam *proprietas* dicatur, et dominium utile adhuc *usus fructus*, sed cum adiectione *feudalis* (*), quippe ab usu fructu communi diuersus, *II. F. 23.*

§. V.

Differentia specifica.

Adiecta itaque superiori essentiae genericae *fidelitate feudali*, inuenta iam est uera definitio negotii feudalis inter dominum et uasallum gesti; quod sit *species societatis siue conuentio socialis, qua dominus rem in feudum confert uasallo, protectionem desuper promittens, et uasallus ob eam rem domino fidelitatem praestat*. Feudum porro est *species dominii utilis in re immobili* (**) uel *aequipollenti a domino directo concessi sub conditione fidelitatis feudalis*. Est autem feudum *genus analogum*, cuius species alias primaria solet definiri, sub nostra tamen omnes species continentur.

Definitio contentionis feudalis.

Feudi.

§. VI.

(*) Immo nulla hic contigit mutatio. Germanis enim in uniuersum usus fructus conueniebat cum dominio utili, ceu luculenter ostendit BEYER. in *Specim. iur. Germ. libr. II. cap. 10.* et ipse SCHILTER. *ad Pandect. Exercit. XVI. §. 19. 20.*

(**) Enim uero nec in re immobili semper consistit feudum, nec essentia eius in dominio utili constitui potest. Nam cum et iura et regalia separatim dari in feudum possint, et in iuribus nullum sit dominium: non sane feudis omnibus quadrat haec definitio, ceu recte obseruauit TITIVS in dem Deutschen Lehen-Recht, *cap. 4. §. 9.*

§. VI.

Fidelitatis et feudalitatis. Fidelitas est qualitas personae, feudalitas est rei. Fidelitas quid sit, ex eius contrariis patet, quae sunt *fraus* et *uis*, utriusque euitatio est fidelitas. Hanc igitur promittit

Fidelitas officialis. primo *officialis* siue minister, Amts- oder Diener Pflicht, non absolute, sed tantum ratione muneris concrediti: subiectus igitur est domino, et obedire tenetur minister, non quoad rem, neque quoad personam simpliciter, ut subditus: sed quantum ad negotia et officia eius pertinet. Hanc dicimus fidelitatem officialem seu personalem, restrictam

Subiectionis. ad officium. *Subditus* uero promittit fidelitatem, quoad personam absolute, et tenetur parere in omnibus, quae ad statum ciuitatis pertinent, uocatur Erb-Huldigung et Unter-

Vasallitica. thanen-Pflicht. At *uasallus* promittit fidelitatem, non mere personalem, ut minister et subditus, sed ex personali et reali *mixtam*, h. e. quatenus est possessor rei feudalis: igitur tenetur obedire et parere domino, non simpliciter et in omnibus, sed tantum in caussis feudum concernentibus (*), et uocatur Lehens-Pflicht. Breuiter differentia fidelitatis in obiecto consistit: fidelitas *subiectionis* interue-

(*) Hinc fidelitas haec cessat, simulac uasallus feudum non amplius possidet, nisi sibi forte reseruauerit ius inuestiturae simultaneae, (Die gesamte Hand). Huius enim in Saxonia ea uis ac potestas est, ut simultanee inuestiti iurisdictioni etiam domini subiecti sint, ubicumque habeant domicilium. Vid. CARPZOV. *libr. VI. resp.* 115. et STRVV. *in Syntagm. iur. feud. cap.* 9. §. 16.

ueniente persona ipsa contrahitur absolute: *ministerialis* interueniente opera et salario uel mercede: *feudalis* interueniente re contrahitur, et consistit in promouenda salute corporis, animae, seu uitae, bonorum, et famae domini, et in auertendis totidem malis. Vid. II. *F. 5. seqq. I. F. Alam. c. 4 seqq.*

§. VII.

Feudalitas, siue feudalis qualitas, quae rei inhaeret, de te non praesumitur, sed allodialis esse, in dubin itaque *feudalitas* est *probanda* (*), utpote singularis, et facti. II. *F.* 26. §. 1. Vnde in dubio *filiae* in *possessorio* obtinent et manutenendae sunt, usque dum in petitorio feudum probetur, reseruata tamen ipsis reprobatione, II. *F.* 41. res iudicatas refert STRVVIVS, *cap. 16. aph. 11. n. 2.* et 3. Etiamsi bona dubiae qualitatis dicantur, iuncta fundo feudali: cum per destinationem uasalli non mutent naturam suam. Feudalitas.

§. VIII.

Essentialia feudi sunt 1. dominium directum et utile (**), 2. promissio fidelitatis feu- Essentialia feudi.

(*) Haec regula dubio caret, si quaestio sit de praediis ciuicis, quia semper praesumitur id, quod fit utplurimum. At, cum equestria praedia et territoria statuum in Germania utplurimum qualitatis feudalis sint: non absurde in his regulam inuertit THOMASIVS, statuitque, huius modi praedia et territoria tam diu feudalia esse praesumi, donec probetur contrarium. Vid. eius *diss. de praesumt. allodialit.* §. 43. *seqq.*

(**) Sed hoc non esse uniuersale, iam supra obseruauimus ad § 5. Tu itaque potius distingue, feu-

feudalis, 3. promiſſio fidei et protectionis dominicae: horum ſi quod abeſt, feudum eſſe definit, alia ſpecies ſuboritur. *Naturalia* ſunt 1. obligatio uaſalli ad iuſiurandum, ut fidelitatem iurato praeſtet, II. *F.* 3. et 4. 24. §. 1. et 47. 2. perpetuitas, ut non poſſit auferri feudum, 3. ſucceſſio maſculorum, 4. ut ſit in re immobili, 5. obligatio ad cenſenſum in alienatione, 6. determinatio ſeruitiorum (*), *II. F. 23 in fin.* 7. ſucceſſio deſcendentium. Horum quodlibet per naturam et regulariter ac tacite ineſt, et ſi quod abeſt, feudum manet, ſed alteratum, quod uulgo *improprium* uocant. Denique quod diximus de allodiis et feudis, notandum et hoc, quod media quoque ſpecies datur, *terra ſalica* (**). Haec etſi cum feudo in eo conuenit, quod ſit res fiſci origine, ſiue quod

Naturalia

dumne conſiſtat in re corporali, an in incorporali. Nam quod ad poſteriorem attinet, in eam non cadit dominium. Videatur TITIVS in dem Deutſchen Lehen-Recht, *cap.* 4. §. 9.

(*) Hoc admitti nequit, niſi intelligatur determinatio ratione quantitatis, ut uaſallus uno, duobus, tribus equis ſeruiat. Quod enim ad tempus attinet, ſeruitia ſemper ſunt indeterminata, quia incertum eſt, quoties et quando arma expedienda ſint domino

(**) Ita uocatur a *ſala* ſeu palatio regio, ceu recte obſeruauit ECCARDVS in *Comment. ad leg. Salic. pag.* 107. Itaque terra ſalica nihil aliud eſt, quam ein Domainen-Stück, uel praedium ad fiſcum pertinens, priuato poſtea conceſſum, ea lege, ut ad maſculos tantum tranſeat. *Vid. Elem. iur. Germ. libr. II. cap.* 2.

quod utrumque ex fisco et bonis domini profectum; et quod in utroque successio feminas regulariter excludat: differt tamen a feudo, tum quod iam ab initio fuerit transmissibilis, quum beneficia adhuc erant merus usus fructus, tum quod pleno dominio gaudeat possessor terrae salicae: ab allodio porro differt salica terra, quod feminas non admittat. *Lex Salic. tit. 62.*



CAPVT

CAPVT IIII.
QVI FEVDVM CONSTITVERE ET ADQVIRERE POSSVNT.

* * *

§. I.

Caussa efficiens remota. Caussa efficiens remota et mediata cuiuslibet feudi et ius est *consuetudo feudalis*, inprimis propria cuiusuis prouinciae atque curiae: Proxima. proxima et immediata est *uoluntas paciscentium* (*), ut forma et essentia feudalis in rem iuris feudalis capacem introducatur, et dominium rei plenum, inter dominum et uasallum diuidatur.

§. II.

Duo igitur hoc in negotio sunt agentes, Feudum datum. quorum alter uel dominio directo rei suae reseruato, utile eiusdem dat alteri: uel dominium rei suae offert alteri, ut recipiat utile: ex quo diuisio oritur feudi *dati* et *obla-*

(*) Consuetudines feudales fundamentum sunt feudorum regularium et propriorum; uoluntas paciscentium irregularium et impropriorum. Illa suppeditat regulam; haec exceptionem. Ad hanc primo omnium respicitur in decidendis controuersiis feudalibus; hac uero deficiente ad consuetudines attenditur.

oblati (*): illud incipit a domino, hoc a uasallo. Oblatum.

§ III.

Vtraque et datio et oblatio est alienatio; Regula 1 de dando.
itaque qui alienare possunt, iidem etiam in feudum dare, aut offerre possunt, eodemque modo, scilicet qui domini sunt, et rerum suarum administrationem habent, *II. F. 3.* etsi sint feminae; praesertim illustres: ceterae cum consensu curatorum suorum. Tutores non nisi cum decreto superioris (**), cum nec oppignorare sine eo feudum possint, *I. F. A. c.* 26. et 56. Excipe renouationem inuestiturae, de qua suo loco.

§ IIII.

Vicissim quilibet capax est feudi accipiendi, qui iure non prohibetur, etiamsi 2 de accipiendo.
alias incapax ad seruitia militaria (***), *II. F. 3.*

(*) Oblati exemplum antiquissimum occurrit in rebus Caroli M. cui Bauariae ducatum in feudum obtulisse dicitur Thassilo, dux Bauariae, ceu luculenter patet ex loco THEODVLFI, quem ex codice manuscripto extulit VELSER, in *Annal. rer. Boicar. libr. I. ad a.* 757.

(**) Sed an minorennes sine curatoris auctoritate feudum recte constituunt? Id uulgo affirmant ob textum *II. F. 3. pr.* modo minor sit octodecim annorum. Enim uero haec non quadrant moribus nostris, quia Langobardi id habebant singulare, ut minorennitas apud eos anno decimo octauo finiretur. Vid. *Elem. iur. Germ. libr. I. tit* 14. §. 330.

(***) Immo haec exceptio est, non regula. Regulariter illi tantum possunt feuda accipere, qui et militare, et honeste in curia domini stare possunt. Vid. *Auct. de benefic.* §. 4. et *I. F. S. cap.* 2.

Exceptio. *F.* 3. §. 1. Prohibentur regulariter infames, filii naturales, II. *F.* 26. monachi et clerici, plebeii quoque quoad feuda nobilia, nisi ex concessione uel speciali uel generali, uid. *Comm. ad ius feud. Alam. ad rubr.* §. 18. et *sequ.* Hinc certi gradus nobilitatis Teutonicae numerantur, *die Heerschilde*, clypei militares, quibus feuda conferuntur et accipiuntur, iique septem:

Sieben Heerschilde. 1. rex Romanorum; 2. episcopi et principes ecclesiastici (*); 3. principes saeculares; 4 domini liberi, comites; 5 **Mittelfreyen**, barones; 6. **Dienstmanne**, *ministeriales*, **Ritter-Knechte**, hi sunt ualuasores minores, 7. semper, id est **sendbare Leuthe** (**), h. e. oppidani, **Bürger**, **lehenbare Bürger**, **siegelmässig**. In iure Langobardico feudali tantum *uasallorum* ordines recensentur, atque solum saecularium, omissis episcopis (***). Vid. *Comm. nostr. d. l.* §. 2.

§. V.

(*) Hi tum demum praeferri coeperunt saecularibus, cum hi ab illis feuda recognoscere inciperent. Vnde auctor *I. F. S. cap. 1.* obseruat, saeculares posteriorem locum occupasse, seit **die Layen Fürsten worden sind der Bischöffe Mannen, das doch nicht war.** Vid. *Auct. de benefic.* § 3.

(**) **Send** uero siue synodus hic est iudicium prouinciale, in quo omnes landsassii comparere tenentur. Qui ergo ab eius modi iuris dictione exemtus est, is uocari solet **Semper-frey**, quo titulo olim utebantur pincernae de Limburg.

(***) Enimuero cum et episcopi Italiae uasalli sint, hi quoque uel sub capitaneis, uel sub ualuasoribus comprehenduntur, prout feuda sua uel a rege seu imperatore, uel a regni capitaneis recognoscunt.

§. V.

Episcopi et abbates feuda conferunt cum consensu capituli, *II. F. 6.* Capitulum sede uacante non potest feudum concedere de nouo, sed tantum renouare, *c. 2. X. ne sed. uac. aliqu. innou.* Imperator feuda maiora aperta non nisi cum consensu electorum concedere potest, per *Capitul. Leopold. art. 30.* Vicarii imperii feuda regalia concedere prohibentur (*), etiam quoad renouationem, per *A.B. cap 5.*

Ecclesiastici. Imperator. Vicarii.

§. VI.

In constituendo feudo utriusque et dantis et accipientis procurator interuenire potest (**), *II. F. 3. §. 1 et 58. § 2 uers. item inuestitura.* Magis tamen est, ut ex parte uasalli id fiat cum domini consensu, praesertim quoad inuestituram, de qua postea.

De procuratore.

(*) Quae in *capitul. Leopold.* de consensu electorum cauta sunt, ea in *capitul Carolin. art. 11.* proferuntur etiam ad consensum principum, si principatus in feudum de nouo concedendus sit; immo et ciuitatum imperialium, si quis ciuitate sit inuestiendus. Ceterum locus ex *A. B.* adductus non loquitur de feudis regalibus, sed de principatibus, (von Fürsten- und Fahnen-Lehen,) quae sane non sunt synonyma.

(**) Dantis procurator uocari solet prodominus directus, de eoque singularem dissertationem in hac academia scripsit BASTINELLER. Vasalli uero procurator in Saxonia non admittitur, quia ibi non admittiur iusiurandum in alterius animam. Si tamen tota uniuersitas feudum acceperit, constituendus est procurator uel prouasallus, qui uocatur ein Lehen-Träger. Vid. HORN. *cap. 12. §. 23.*

CAPVT V.

DE MODIS ADQVIRENDI.

* * *

§. I.

Tres. Adquiritur feudum plene tribus potiſſimum ſiue actibus ſiue modis, quorum tamen primus non ſemper et in omni feudi adquiſitione requiritur, fieri tamen conſue-
Promiſſio uit. Eſt itaque ex parte domini *promiſſio*, quo et *exſpectatiua*, Anwartung, Geding
Oblatio *I. F. 9.* Ex parte uaſalli *oblatio* rei ſuae in feudum; uel denique delatio legis, h. e.
Succeſſio *ſucceſſio*, eaque uel *ab inteſtato*, quoad deſcendentes maſculos regulariter, uel etiam *teſtamentaria* (*), ſi dominus conſentit. Deinde ſequitur ipſa feudi conſtitutio ſiue *in-*
Inueſtitura. *ueſtitura*, quae uulgo dicitur *abuſiua*: et de-
Traditio. nique corporalis *traditio*, quae inueſtitura *propria* appellatur.

§. II.

Promiſſio quotuplex Promittitur ius feudi ſiue dominii utilis in re aliqua, ſiue feudali, ſiue etiam allodiali, per

(*) At plures ſunt tituli adquirendi feudum, quam hic ab auctore recenſentur. Rectiſſime poſſunt diſpeſci in *uoluntarios*, et *neceſſarium*. Voluntarii uel in actu inter uiuos conſiſtunt, ueluti donatione, uenditione, cet. uel in ultima uoluntate; neceſſarium autem titulum dat praeſcriptio.

per *conuentionem* regulariter, idque uel de praesenti, ut per emtionem, uenditionem, permutationem, et alios titulos ad transferendum dominium habiles, Germanice dicitur Vererbung, uid DASSELIVS, *libr. I. consf. 40. n. 15.* uel de futuro, et hoc uel per *conuentionem simplicem*, uocatur Angefälle, Verschreibung(*), uel per *sollemnem*, quae est *inuestitura sub conditione* aperturae, *I. F. 9. et 27.* Vocatur etiam *superinfeudatio*, uid. *Comment. ad ius feud. Alam. cap. 12* Potest etiam promissio fieri in testamento(**) uel ultima uoluntate ex re allodiali: subfeudum uero alteri relinqui non potest, nisi cum expresso domini consensu.

§. III.

Constituitur feudum siue promissum, siue oblatum, siue delatum per *inuestituram*, die Be- Constitutio. Inuestitura quid?

(*) Haec exspectatiua uel generalis est, uel specialis: idque uel ratione feudi, uel ratione casus, in quem feudum promittitur Sic e. g. specialis, ratione feudi est, so bald das Guth Tusculanum sich eröfnen sollte; generalis, das erste Lehen, so sich eröfnen möchte. Specialis ratione casus est, daferne der jetzige Besitzer ohne männliche Leibes- und Lehens-Erben abgehen sollte, generalis, wann sich das Lehen auf einigerley Art eröfnen möchte. Omnes enim exspectantiae sunt stricti iuris, et ad casus non expressos non extenduntur.

(**) Recte auctor dicit, promissionem fieri posse testamento: neque enim uasallus ideo ius in re adquirit, sed titulum tantum, ceu patet ex *I. F. 25.* quod secus se habere in allodialibus, nemo ignorat.

Belehnung(*), quae est conuentio iuris gentium particularis, qua societas quaedam inter dominum et uasallum contrahitur, et dominium utile rei feudalis uasallo, ob promissam fidelitatem feudalem, per traditionem symbolicam, coram paribus confertur.

Homagium *Homagium* speciatim est fidelitatis promissio, et subiectio uasallitica, siue recognitio domini, et eius iuris dictionis feudalis. Inuestitura praecedere debet homagium iure Langobardico, per *cap un quid praeced. deb. et cap. 1. quae sit prima causs* BALDVS tamen, ALVAROTTVS, et alii negant id esse de substantia inuestiturae, et MOLINAEVS *tit. 1. ad consuetud Paris* §. 3. *gloss 3 in fin* nec id in Gallia obseruari, nisi in feudo nouo: in Germania uarie itidem istud obseruatur (**). Porro inuestitura alia est *sollemnis*, alia *minus sollemnis*, aequipollens tamen: exemplum uid. *in cap 1. pr de consuetud. rect. feud* et talis usitata est in Gallia, teste MOLINAEO, *tit 1.* §. *1. gloss 5 n. 42.* In feudi ueteris

(*) Hoc uocabulum alii deriuant a Germanico vest, uel bevestigen, alii a Latino *uestis*, uel *inuestire.* Posterius probabilius omnino est, partim quod et Romani uocabulo hoc sensu usi sunt apud BRISSON *di formul. pop. Rom. libr. VI. pag. 501.* tum quod inuestitura fieri consueuerit traditis uestibus, ceu luculenter ostendit LVDEWIG in *form ducat. Brandenb. cap. 8.* §. *4. litt. e.*

(**) In ipsa aula imperatoris praestito demum iureiurando fidelitatis actus inuestiturae sequitur, capulo gladii ad osculandum porrecto: quem inuestiturae ritum adcuratissime descripsit STRYCK. in *Adpend. iur. feud. pag. 440.*

ueteris et paterni succeſſione dicitur *feudi renouatio*, ſicuti etiam ſi ex parte domini ſucceſſio uel mutatio contingit. Germanice dicitur der Lehn folge thun. Quae ipſa non tam eſt titulus, quam tituli et poſſeſſionis continuatio (*). Vid. MOLINAEVS, *tit. 1. §. 12. in gloſſ. n 28.* Renouatio feudi.

§. IIII.

Inueſtituram praecedit oblatio deſignationis rerum feudalium (**), *denombrement, I. F. Alam. cap. 32.* MOLIN *ad conſu. Pariſ. tit. 1. §. 8.* Sequitur traditio poſſeſſionis, quae *inueſtitura propria* uulgo dicitur, die Einweiſung, die Einräumung: quod inueſtitura proprie ſignificet immiſſionem in poſſeſſionem corporalem, et traditionem poſſeſſionis ſub titulo ad transferendum dominium utile habili. Dicitur et *ueſtitura* a ueſtiendo manum, calamo, fuſte, uel alio ſym- Traditio.

(*) Et iſta hodienum retinetur, quamuis ſucceſſio feudalis iam pridem recepta ſit. Rationes ſunt 1) ut dominus notitiam adquirat uaſallorum ſuorum, 2) ne forte uaſallus domino opponat praeſcriptionem, quaſi rem ſuam, tamquam allodium, poſſideat, 3) ut dominus particeps fiat laudemii ſoluendi toties, quoties fit renouatio inueſtiturae. Vid. TITIVS. in dem Deutſchen Lehen Recht. *cap. 25. §. 5.*

(**) Hodie pro ſymbolis poſſeſſionis adhiberi ſolent certi actus, ueluti ut exſcindatur feſtuca ex ianua, gleba ex agro, ramus ex arbore, ut in foro exſtinguatur ignis, et nouus excitetur, ut affigantur inſignia, ut famuli, ipſique ſubditi, homagium praeſtent. Super quibus omnibus notarius adhibitis teſtibus inſtrumentum publicum condere ſolet

symbolo. *Differt. de simult. inuest. cap 1.* Hi tres actus uel gradus ita differunt: primus, *promissionis*, fieri solet in camara principis uel domini; secundus, *inuestiturae*, in curia feudali, Lehens-Hof, Regierung; tertius, *immissionis*, in praefecturis per praefectos, uel alios commissarios Primus fit et probatur per Vererbungs-Brief, oder Befehl an die Beamten; secundus per Lehens-Brief, uel Mutzedul, oder Lehen-Schein; tertius per actus immissionis fit, durch würckliche Einweisung der Beamten, Huldigung der Unterthanen, und Setzung der Marck-steine. Vid. *I. F. Alam. cap. 20. et 95.*

§. V.

Inter plures quis potior?

Promittitur et constituitur feudum uel uni, uel pluribus. pluribus si promissum est feudum, is potior est, cui feudum designatum nominetenus est, etsi tempore posterior, uid. *I. F. Alam. cap. 12.* et ibi in *Comment §. 5.* idem est, si posterior nactus est inuestituram saltem abusiuam, uel et possessionem; alias prior tempore, potior iure (*) *I. F. Alam cap. 13.*

§. VI.

Inuestitura simultanea quotuplex?

Si pluribus feudum est constitutum, dicuntur *simultanee inuestiti*, id quod tripliciter inprimis fieri potest et solet: 1) quoad domi-

(*) Regulae hae de praerogatiua eorum, qui exspectantiam impetrarunt, insignem utilitatem habent etiam in beneficiis ecclesiasticis militarium ordinum, quae uocantur Commenthureyen: nam et haec iure feudorum censentur, ceu praeclare ostendit BOEHMER. *iur. eccles. protest. libr. III. tit. 15. de praebend.*

dominium et possessionem simul pro indiuiso (*), *I. F. 14. II. F. 12. I. F. Alam. cap. 16. 41. 43. 65.* quo casu unus nomine communi reliquos repraesentat, quoties opus, sub titulo *substituti* uel *prouasalli*, Germ. **Lehenträger**, quod etiam in feudis communitatum obtinet; 2) inuestiuntur plures quoad dominium et possessionem, sed non plenam, scilicet nudam sine fructuum perceptione (**); 3) inuestiuntur plures quoad dominium tantum, quod tunc commune est omnibus inuestitis, possessio uero plena unius tantum, et haec dicitur *coniuncta manus*, **Mitbelehnung, gesamte Hand.**

§. VII.

Inuestitura simultanea uetustior est successione sanguinis in iure feudali; cum ueteri iure nulla erat successio, nisi per inuestituram (***) simultaneam, *I. F. 1. §. 2. I. F.* Onge.

C 4 *Alam.*

(*) Quod etiam in principatibus imperii fieri solet, ubi plures simul imperant; attamen huius modi inuestitura etiam fieri potest, si plures feudum pro diuiso possideant, quemadmodum principes Anhaltini, quamuis in plures diuisi lineas, inuestituram petunt per seniorem familiae.

(**) Ita episcopus Metensis inuestiuit dynastam Lichtenbergensem, eiusque sorores, ita tamen, ut has uiuo fratre fructus ex feudo nullos caperent. Litteras inuestiturae sane rarissimas protulit SCHILT. *de simultan. inuest. cap. 2. §. 4. pag. 518.*

(***) Attamen postea successio concessa est liberis masculis, cum agnati contra in Saxonia succedere non possint, nisi propter simultaneam inuestituram. Hinc regula *iuris feudalis Sax. art. 21.* es vererbet niemand sein Lehen, denn allein der Vater auf den Sohn.

Alam. cap. 43. et *68. I. F. S cap. 21.* et *sequ.* unde origo eius recte ad consuetudinem, eamque uniuersalem, refertur. Vid. GEORG. OBRECHT. *I. F. libr. II. cap. 9. n. 4.*

§. VIII.

Renouanda. Haec inuestitura simultanea renouanda est regulariter, quod e natura communi inuestiturarum, quae semper sunt renouandae (*), recte probatur Vid. SCHVRFF. *cent. I. consf. 16.* HARTM PISTORIS, *part. II. quaest. 20 n 32* OBRECHT *d. c. 9 n. 26.* COCCEI. *Hypomn. feud. tit. 6. § 19. pag. 72.*

§. VIIII.

Immunitas ergo a renouatione probanda est a uasallo (**) simultanee inuestito, idque uel ex speciali concessione, uel ex generali Ius Langobardicum. desuetudine; sicuti moribus *Langobardicis* in

(*) Quod uocant **der gesammten Hand Folge leisten.** Idque in Saxonia tam necessarium est, ut et eo casu, si fratres feudum uni ex fratribus adicant, ius simultaneae inuestiturae exspiret, et hinc de nouo quaerendum sit. Doctores Saxonici id eloqui solent: **die gesammte Hand sey durch die Theilung gebrochen.** Vid. STRVV. *Syntagm. iur. feud. libr. VIIII. §. 9. num. 7.*

(**) Ex hypothesi enim auctoris nostri simultanea haec inuestitura ubique in Germania recepta est: id quod tamen ipsis imperii legibus repugnat. Vnde in der Reichs-Hofraths-Ordnung *tit. 3.* legimus: in denenjenigen Geschlechten und Reichs-Creysen, da die *simultanea inuestitura* hergebracht, und im Gebrauch sey, da solle selbige beybehalten, und derselben nachgelebet werden.

in antiquo feudo nec ſimultanea inueſtitura, nec eius renouatio requiritur, *I.F.1 §.2 I. F.8. in fin. I. F.14. §. ſi duo 2. I F.20. II F.12.* ratio, quia ſucceſſio iure ſanguinis moribus Langobardicis recepta fuit, et ſucceſſio ſimultaneae inueſtiturae per deſuetudinem abrogata, et eatenus inueſtitura ſimultanea iuris Langobardici ab inueſtitura ſimultanea iuris Saxonici et Alamannici diſtingui poteſt cum STRVVIO, *Syntagm. iur. feud. cap. 9. aph. 14 n.1 et* RHETIO, *Comment. ad ius feud. libr. I. tit.1. pag. 86 in fin.*

§. X.

In Saxonia obtinuit uſque adhuc uetus ius ſuccedendi, non iure ſanguinis, ſed inueſtiturae ſimultaneae, nec attenta gradus proximitate(*), niſi clauſula: nach rechter Sippzahl, adiecta ſit. Ius Saxonicum.

§. XI.

Extra Saxoniam in reliqua Alamannia ius idem obtinuit, ut latius per exempla et diplomata monſtraui in *Diſſert. ſing. de ſimult. inueſt.* quae *Comment. iur. feud. Alam.* adiecta eſt, idemque ius in *Ordinatione ſenatus aulici* ulterius obſeruandum inculcatum fuit, niſi deſuetudo probetur. Vbi porro non ſolo Ius Alamannicum.

(*) Id eſt, omnes ſimultanee inueſtiti in capita ſuccedunt, ſiue gradu propiores, ſiue remotiores ſint. Aliud obtinet, ſi in litteris inueſtiturae reperiatur clauſula: nach rechter Sipp-Zahl; ſiquidem tunc propior excludit remotiores, ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato feudalem. Vid. STRVV: *cap. 9. §. 16. num. 5. ſeqq.*

ſolo ſanginis iure, ſed per ſimultaneam inueſtituram ſucceditur, ibi regulariter quoque renouatio requiritur, niſi immunitas (*) ab hac probetur, eaque uel in omni caſu, uel ſaltem in caſu mortis uaſalli uel domini, RHET *d. pag 85. et pag 351 de Marchia et Pomerania.* De *Luſatia* habetur edictum MAXIMILIANI I. *de anno 1575.* et ELECTORIS SAXONIAE *de anno 1653.* Vid. *Comment. ad I. F. Alam. cap. 65.*

§. XII.

Tempus petendae inueſtiturae eſt *annus et dies* **), h. e. annus et menſis, uel etiam ſpatium ſex ſeptimanarum et trium dierum, a tempore ſcientiae delationis ſactae, uel adquiſitionis alterius *I. F. 22. II. F. 24. 40. et 52.*

§. XIII.

(*) Hanc hypotheſin auctoris profligauit GVNDLING. in *Diſſ* von der geſammten Hand auſſerhalb Sachſen, quae habetur in *Gundlingian. part III. num. 1.* Potius ad ſingulorum terrae tractuum obſeruantiam reſpicitur, eaque deficiente iniquiſſimum eſſet adigere uelle uaſallum, ut probet, ſe ad inueſtituram ſimultaneam petendam non obſtrictum eſſe.

(**) Impuberibus tamen induciae dantur uſque ad pubertatis annos, idque uocant den Lehens-Indult quemadmodum inſtrumentum, quod eo nomine in curia feudali conficitur, adpellatur, der Indult-Schein In hoc ducatu tutor pro pupillo laudemium ſoluere, et inueſtituram accipere tenebatur gegen Erlegung der gewöhnlichen Lehen-Gelder, und Verſprechung, daß der minderjährige nach erlangter Majorennität ſich ungefordert ſtellen und *praeſtanda praeſtiren* ſolle. Vid. Ludovici Lehens-Proceß, *cap. 12. §. 10. pag. 229.*

§. XIII.

Praescriptio feudalis.

Inueſtitura praeterea eſt uel *uera*, uel *praeſumta*. Vera eſt, quae probari poteſt per teſtes, ſiue pares curiae, uel per litteras inueſtiturae, aut per breue teſtatum, per **Lehen-Brief**, **Lehen-Schein**, **Mutzedul**, et de hac hactenus. Sequitur de praeſumta inueſtitura, quae dicitur ea, quae de iure praeſumitur facta fuiſſe uaſallo, ob continuatam poſſeſſionem per tempus iure definitum; atque ita uaſallus praeſcriptione adquirere et obtinere poteſt dominium utile, etſi inueſtituram factam fuiſſe, probare non poſſit (*). Requiritur autem ad hoc 1) ut in poſſeſſione uel quaſi ſit uaſallus; quo pertinet ſeruitiorum praeſtatio, et alii actus, 2) poſſeſſionis continuatio per tempus longiſſimum, id eſt, triginta annorum, *II. F. 26. §. 4.* 3) titulus poſſeſſionis pro feudo uel pro herede feudali: eliditur tamen haec exceptio praeſcriptionis probatione malae fidei. *II. F. 87.* CARPZ. *libr. 1. reſp. 84. n. 15.*

Quoad dominium utile.

§. XIIII.

Directum.

Porro uaſallus uel heres, poteſt etiam dominium directum praeſcriptione adquirere, et illud cum utili conſolidare, ſi per *triginta* annos e. g. ſeruitia exacta non praeſtitit, aut uaſallum ſe negauit, et dominus paſſus

(*) Sed haec praeſcriptio quidem locum habet extra Saxoniam et iure communi, quippe quod reuocationem inueſtiturae non exigit: in Saxonia uero eiuſmodi praeſcriptio uix locum habebit, ſi probari poſſit, interea contigiſſe caſum, quo renouanda fuerit inueſtitura.

passus fuit (*). CVIAC. IIII. *feud. 49.* CARPZ. *dict. resp. 84.* GAIL. *libr. II. obs. 160.* STRVV. *cap. 13. aph. 10. n. 4.* et *cap. 15. aph. 3. n. 5.* ROSENTHAL. *cap. 6. concl. 82. n. 19.* Alii requirunt *quadraginta* annos, alii *centum*, alii nullo modo praescriptionem dominii directi admittunt. ANDR. DE ISERNIA, MATTH. DE AFFLICTIS, CLARVS, ZASIVS, DVARENVS, RITTESHVSIVS, FINCKELTAVS. VVLTEI. et SANDE *ad consuetud. feud. tract. II. t. 1. cap. 1. 2. 3.*

§. XV.

Ex parte domini quoad directum.

Vicissim dominus potest adquirere et obtinere dominium directum, etsi non probare possit inuestituram a se uel antecessoribus uasallo factam, si modo probat, se in quasi possessione exactorum et praestitorum seruitiorum (**) et similium per triginta annos fuisse. Vid. MYNSING. *cent. 4. obs. 28.* SCHVLTZ.

(*) Vbi tamen ante omnia obseruandum, 1) intra uiginti hosce annos casum exstitisse debere, ut dominus exercere ius suum potuerit, 2) praescriptionem hanc tantum domino opponi posse, non uero eius agnatis et simultanee inuestitis, quia non ualentibus agere non currit praescriptio. Vid. TITIVS. in dem Deutschen Lehen-Recht, *cap. 26. §. 28.*

(**) Modo haec seruitia ob certum fundum praestita sint, et eum quidem, de quo quaestio est. Hinc si quis plura praedia possideat, et probari possit, seruitia non ratione huius, sed alterius praestita esse, praescriptioni non est locus. Vid. SCHRADER. *part. V. cap. 4. num. 14.*

SCHVLTZ *Synopſ. iur. feud cap.9. n. 90.* et *91.* ROSENTHAL. *cap. 6. concl. 81.*

§. XVI.

Idem dominus etiam dominium utile poteſt praeſcriptione adiicere dominio directo, ſi uaſallus per triginta annos omiſit feudi poſſeſſionem, et dominus eam tenet (*). Vid. ROSENTHAL. *d. cap. 6. concluſ. 82.* STRVV. *cap. 15. aph. 3. n. 4.* utile.

§. XVII.

Tertius denique poſſeſſor feudi contra uaſallum uerum adquirit dominium utile praeſcriptione, quoties poſſeſſionem tanto tempore omiſit uerus uaſallus, *II F. 33.* ROSENTHAL. *cap. 6. concluſ 84.* STRVV. *cap. 15. aph. 3. n. 10.* Item tertius inueſtiens (**) uaſallum, praeſcriptione adquirit dominium directum contra uerum dominum, *II. F. 87.* STRVV. *cap. 8. in fin.* et *c. 15. aph. 3. in fin.* Ex parte extranei contra uaſallum. Contra dominum.

§. XVIII.

Tertius bonae fidei poſſeſſor contra dominum adquirere poteſt dominium plenum, ut rei allodialis, praeſcriptione triginta annorum,

(*) Sed haec quoque praeſcriptio non niſi uaſallo, eiuſque deſcendentibus, nocet, non autem agnatis et ſimultanee inueſtitis, quia illis nondum nata erat actio, et non ualentibus agere praeſcriptio non currit.

(**) Hic enim uere iuſtum titulum habet, quia perinde eſt, ac ſi poſſor fundi illum ei in feudum obtuliſſet, dum inueſtituram rei ſuae quaeſiuit. Obſeruauit hoc HERT. *de feud. oblat.* §. 32.

norum. SCHRAD. *part. V. c. 4. n. 9.* VVLTEI. *de feud. libr. 1. cap. 9. n. 18.* STRVV. *cap. 13. aph. 10. n. 4. 5.* et *cap. 15. aph. 3. n. 8.* Et ita respondisse scabinos Lipsienses anno 1640. uersus Glaucham, reperi. Dissentit DVARENVS, CLARVS, FINCKELTVSIVS, et alii plures, per text. *II. F. 40.* et *55.* (*). Tractaui hanc quaestionem in *Comment. ad I. F. Alam. cap. 26. §. 9.* Res rectius perpensa eo recidit, ut tertius bonae fidei possessor non praescribat contra dominum ignorantem: praescribit contra scientem intra annum. *I. F. Alam. cap. 80.*

§. XVIIII.

Tempus. Ad feudi praescriptionem in rebus *ecclesiasticis quadraginta* annos; in *regalibus* tempus immemoriale requirunt doctores: idque ex iure communi, quia iure feudali non esset decisum. Quoad regalia probatur per *Recess. imper. 1548.* Vid. GAIL. *libr. I. obs. 21.* SCHVLTZ. *Synops. feud. cap. 7. n. 29* et *cap. 9. n. 88.* STRVV. *cap. 8. aph. 12. n. 3.* quoad res ecclesiasticas dissentit SCHENCK. (**) VVLTEI.

(*) Hisce enim textibus diserte sancitur, omnem alienationem feudi, inscio domino factam, ipso iure nullam esse, dominumque feudum alienatum reuocare posse, nulla obstante praescriptione. Itaque omnino solido fundamento nititur auctoris nostri sententia, quod praescriptio procedat contra dominum scientem, non contra ignorantem.

(**) Itemque ex recentioribus TITIVS in dem Deutschen Lehen-Recht, *cap. 12. §. 13.* Huiusmodi enim doctrinae plerumque nituntur principio falsissimo, quod iura specialia ita restringenda sint, ne exorbitent a iure communi.

VVLTEI. et CARPZ. *Disp. VI feud. in fin.* quod iura feudalia nullibi distinguant.

§. XX.

Successione defertur feudum tripliciter, uel pactitia (*), uel legali, uel testamentaria (**). Pactitia est ipsa *inuestitura simultanea*, de qua supra, et quae etiam inter patrem et liberos frequentata. I. F. *Alam. cap. 68.* Successio feudalis pactitia.

§. XXI.

Successione legali siue ab intestato adquirunt feudum regulariter non adscendentes, sed *descendentes masculi legitimi*, **eheliche Leibs-Lebens-Erben**, a primo adquirente descendentes; et, si plures, omnes pro indiuiso, l. F *1.* et II. F. *50. I. F Alam. cap. 16. et 60.* nisi ius Ab intestato. Regula.

(*) Enim uero in Germania et alia successio pactitia in feudis obtinet, nimirum ex pactis confraternitatis. Sic e. g. ex huius modi pacto in ducatu Pomeraniae successit domus Prussica. Conferri meretur CARPZOV. in *Diss. de pacto confraternitatis inter domum Brandenb. Saxon. et Hassiae.*

(**) Sed haec successio plane extraordinaria et irregularis est, partim quia Germani ueteres testamenti factionem ignorarunt, partim quod alienatio feudi sine consensu domini plane illicita habeatur. Itaque locum tantum habet, 1) si per modum priuilegii concessa sit, 2) si dominus directus concedat uasallo dispositionem de feudo, 3) si feudum sit hereditarium, uel eius naturae, quales in Batauia sunt **die unabsterbliche Lehen**; de quibus NEOSTADIUS *de feudis Batauicis.*

ius primogeniturae introductum probetur (*), *A.B.cap. 24.* C. MOLINAEVS, *ad consu. Paris t.I* §. *13 gloss. 1 et* §. *30.* ubi docet, ius primogeniturae ad lineam collateralem non extendi regulariter.

§. XXII.

Ampliatio. Successio deuoluitur etiam *legitimatis* per subsequens matrimonium; per rescriptum principis cum clausula succedendi (**), aut feuda adquirendi; sed saluo iure legitimorum liberorum, uel etiam alterius tertii, *Gloss. II F. 26.* §. *natur. Comment. ad I. F. Alam. cap. 40.* §. *4.* Ius repraesentationis quoque locum habet in successione feudali aeque ac allodiali. I. F. 8. BETS. *de pact. famil. cap. 9.* §. *67. pag. 422*

§. XXIII.

Declaratio. Collaterales (***) defuncti succedunt iure communi Langobardico ab intestato, san-

(*) Introduci autem illud potest uel per legem publicam, (quale quid factum est in familiis electoralibus per A. B.) uel per conuentionem, si uasallus cum consensu liberorum et agnatorum, ipsiusque domini directi, statuit, ut in posterum soli primogeniti succedant. Hoc casu tamen emancipatione filiorum, et consensu curatorum opus esse, eleganter ostendit BETSIVS, *de pactis familiarum illustrium, cap. 14.*

(**) Quod uerum est, 1) si uel princeps simul sit dominus directus, uel hic consenserit, 2) si uel non adsint liberi legitimi, uel agnati, uel 3) hi itidem consenserint; siquidem inuitis ius quaesitum auferri nequit.

(***) Non adscendentes, nisi 1) simultanee inuestiti sint, uel 2) pater feudum domino refutarit in fauo-

ſanguinis iure a primo adquirente (*), II F. 50. Atque collaterales defuncti ad *laudemium* ſiue *releuium* tenentur, II. F. 12. et V F. 1. *Releuamentum* etiam uocatur, et in Gallia regulariter obtinere, teſtatur MOLIN *ad Conſuetud. Pariſ. t. I § 33 gloſſ. 1. n. 86* in Germeuia uocatur Lehentar. Vid. *Comment. ad ius feud. Alam. cap. 55.*

§. XXIIII.

Excluduntur a ſucceſſione filii 1. adoptiui (**), *II. F. 26. 2.* naturales, *II. F. 26.* Exceptio.

et

rem filii, ea lege, ut ipſe ſimultanee inueſtiatur, uel 3) feudum nouum detur iure antiqu, uel denique 4) filio feudum ob bene merita parentis datum ſit. Vid. STRVV. *Syntagm. iur. feud. cap. 9. §. 3. num 4.*

(*) Tu obſerua regulas ſequentes:

I. Non exſtantibus deſcendentibus iure feudali communi admittuntur agnati; iure Saxonico ne hi quidem, niſi ſimultanee inueſtiti.

II. Iure communi primi omnium ſunt fratres, tam conſanguinei, quam bilaterales, nec non eorum filii, qui cum patruis in ſtirpes admittuntur, non autem uterini, eorumque liberi, niſi feudum ſit femininum.

III. Non exſtantibus fratribus iure feudali communi ſucceſſio in proximam lineam deuoluitur, ita tamen, ut e pluribus eiuſdem lineae praeferantur illi, qui ſunt gradu propiores.

IIII. Iure Saxonico omnes ſimultanee inueſtiti ſuccedunt ſimul ſine praerogatiua gradus uel lineae, niſi inſerta ſit litteris inueſtiturae clauſula: nach rechter Sipp-Zahl; quo caſu propiores omnino remotiores excludunt.

(** Si tamen princeps, qui arrogationem confirmat, ſimul ſit dominus feudi, et nemo ſuperſit, cui ius ſit

et nati ex matrimonio inaequali. *I. F. Alam. cap. 44. et ibi Comment.* Porro feloniam committentes, *II. F. 55. §. 2.* clerici et religiosi, *II F. 26.* nisi ad feuda imperii electi fuerint (*). *I. F. Alam. cap. 6.* et ibi *Comment.* Porro imperfecti et ad seruitia inepti natura, II. F. 36 *Comment. ad I F. Alam. cap. 63.* alimentis tamen acceptis, I. F. 6. *in fin.* Excluduntur et fratres uterini, et germani quoque, nisi simultanee inuestiti (**), I. F. 1. §. 2. et II F. 11. Denique coniuges excluduntur. I. F. 15. *I. F. Alam. cap. 103.*

quaesitum, denique princeps arrogationem expresse confirmet cum clausula. *cum et in feuda successurum;* nemo dubitauerit, et arrogatum posse succedere.

(*) Nihilo minus tamen exstant exempla satis illustria, quod qui antea religioni sese addixerant, postea dispensante pontifice ad uitam saecularem redierunt, uxores duxerunt, et feudorum capaces habiti sunt.

(**) Scilicet feudo nouo. Alias enim, si istud antiquum sit, germani etiam sine simultanea inuestitum succedunt, quia a primo adquirente descendunt.



CAPVT

CAPVT VI.

DE EFFECTV CONVENTIONIS FEVDALIS.

* * *

§. I.

Is duplex eſt, uel feudi promiſſi, uel conſtituti. Effectus feudi tantum promiſſi, ſiue exſpectantiae, eſt obligatio et actio ad rem perſonalis, ſi caſus et conditio exſiſtat, I.F. 4. II. F. 35. niſi inueſtitura euentualis acceſſerit; tunc enim actionem realem utilem habet (*) uaſallus. Vid. *Comment. ad Ius feud. Alam. cap. 12. et ſequ.* Exſpectantiae effectus.

§. II.

Effectus feudi conſtituti, et ſaltem ſymbolice traditi, eſt ſocietas quaedam (**) inter Inueſtiturae ſymbolicae.

D 3

(*) Haec ſententia probatur 1) ex textibus *II. F. 1. et I. F. 14.* ubi feudum hac inueſtitura adquiri dicitur; 2) quia alias haec inueſtitura plane inutilis foret, ſiquidem iam promiſſio ius ad rem producit. Nec obſtat textus *II F. 2. pr.* quia ibi tantum negatur inueſtituram hanc non eſſe traditionem; quod facile unus quiſque concedet.

(**) Et quidem non iuris ciuilis ad commune lucrum percipiendum comparata, ſed iuris feudalis, qua uaſallus domino fidem et ſeruitia militaria, dominus uaſallo protectionem praeſtare tenetur, adeo, ut felonia et a domino, et a uaſallo committi poſſit. Vid. HERT. *Paroem. libr. II. num. 24. §. 3.*

ter dominium et uasallum, quae, sicut aliae societates, consistit in iure et obligatione inter dominum et uasallum reciproce.

§. III.

Ius domini circa personam.

Ius et obligatio utrimque ex parte domini et uasalli, duplex est, circa personas et res. Ex parte domini oritur ius circa personam uasalli, ex obligatione uasalli ad honorem et obsequium, II F. 23 *I F. Alam. cap. 6. I. S F cap. 4.* Circa personam ius illud inprimis ex *homagio* oritur, siue hominio, quo inuestitus de feudo fit homo domini, id est, uasallus, praeter homagium subiectionis: atque *iuris dictionem in personam* uasalli continet, quod tamen limitandum est quoad caussas feudales, II. F. 5. itemque ius exigendi seruitia feudalia *in persona*, non per substitutum, II. F. 26. §. 5. et *ibid. 55. §. 1.* I. *F. Alam c. 87. Ius Saxon feudal. c 46.* Hinc per pacta adiecta personalis immunitas obtinenda. Vid. LEIBNIT. *Cod. iur gent. diplom pag. 5.* Huc etiam pertinet *ius tutelae* (*) in uasallum pupillum, I F. *Alam. c. 49. et 55.* Accessit etiam consensus in *nuptias* (**) ua-

(*) Et quidem uetere iure cum usu fructu coniuncta, usque ad uasalli pubertatem. Superest haec tutela in Angliae et Normannia, quin et in archiepiscopatu Treuirensi, ut testatur AVCTOR des Europäischen Herolds, *part. I. pag. 280.*

(**) Hinc, cum Beatrix, Tusciae marchionissa, Gothofredo, Lotharingiae duci, inconsulto Henrico III. imp. nupsisset: hic eam ideo captiuam secum in Germaniam deduxit, teste BERTHOLDO *Constantiensi ad a. 1055.*

uasalli, uid. *Constit.* FRID. II. *libr.* III. *tit. 21.* THOMAS CRAGIVS, *libr.* II. *tit. 21.* Itaque BALDVS in *authentic. si quas ruinas*, ait: *quod feudum magis cohaeret personae, quam patrimonio, quia caussa feudi radicata est in persona, id est, in seruitio personali.* Haec BALDVS. Principaliter itaque obligatur persona uasalli, cuius fides est electa; sicuti reciproce et persona domini obligatur, cuius fides reciproce est electa: secundario non tam res obligatur, ut uulgo putant, quam itidem *persona* uasalli *respectu rei* et dominii utilis, ut eo recte utatur. Sicut et uicissim persona domini, ut protegat uasallum in re fruenda. Verior itaque sententia est, quod ex hac obligatione etiam oriatur *actio praeiudicialis*, quam sententiam praecipue defendit inter ueteres DVRANDVS *Speculator*: inter recentiores VBERTVS GIPHANIVS; a quibus diss. STRVV. *c. 16. aph. 2. n. 6.* MOLINAEVS, *ad consuetud. Paris. t. 1. §. 1. gloss. 5. n. 5.* restringit ueterum sententiam ad feuda ligia: sed hactenus par ratio est. Hinc et actio et exceptio praeiudicialis datur uasallis, quoties alienantur inferioris clypei domino(*). I. F. *Alam. c. 89.* et ibi *Comment.*

(*) Insigne exemplum uasallorum nobilium in principatu Weisenfelsensi ab elector. Io. Georgio II. Augusto fratri, administratori Magdeburg. a. 1660. cessorum, sed huic cessioni contradicentium, habes apud SCHILTER nostrum in *Comment. ad ius feud. Alam. pag. 354.* ubi et ipsa acta occurrunt.

§. IIII.

Ad honoris ius pertinet, quod dominus non debeat a uasallo accusari, II F. 33. §. 1. nec actione famosa peti potest (*), *arg. L 5. §. 1. D de obsequ. parent. et patron. praestand.* nec testimonium contra eum dici, II. F. 33. § 1. nec iusiurandum calumniae domino deferri, *d. t. 33 §. 1* nec condemnari ex caussa debiti, nisi in quantum facere potest dominus Vid. *Coll. Argent. de re iud. §. 34. n. 4.* Diss SCHNEIDEW *ad §. 38. Inst de act. n. 2.* Vid. VMMII *Process. disp. 23. n. 28.*

§. V.

Obsequii effectus. Ad *obsequium* regulariter pertinent seruitia feudalia, eaque uel militaria, uel palatina et curiae, II. F. 26 §. *licet uasall et t. 55. § 1. I. F. Alam c. 7. et 9* quae sunt uel determinata, uel indeterminata (**), II. F. 23. *fin* Determinantur militaria secundum numerum equitum, quos uocamus **Ritter-Pferde**, quae praestanda sunt, quotiescumque requiruntur, II. F. 26. §. *licet uasallus*; ib. *t. 37. §. non cogitur. et t.*

(*) Quo inprimis pertinet actio doli. Vnde pro cautione id obseruandum, quod uasallus, si uel maxime a domino circumuentus sit, uerba tamen in factum temperare, et loco actionis doli actione in factum uti omnino debet.

(**) Sed indeterminata etiam determinanda sunt ex aequitate, et ita quidem, ut respiciatur ad fructus feudi. Quod adeo uerum est, ut recte statuant doctores, seruitia ista uel augenda, uel minuenda esse, si feudum ipsum uel accessione naturali augetur, uel calamitate publica redditur deterius. Quo pertinet textus *II. F. 5.*

et t 28 §. ad hoc. Et obligatur uasallus ad seruitia militaria, etsi dubitet de caussa belli iusta domini, si feudum retinere mauult, quam refutare (*). II. F. *28. pr.*

§. VI.

Vasallus seruitia militatia *sumtibus propriis* ex fructibus feudi praestare tenetur, sed dumtaxat quantum ad praeparationem apparatus bellici, uulgo **die Mundirung**, attinet, et ad certum tempus De cetero dominus praebet sumtus de iure, *Kapitular.* CAROL. *libr* III. *cap. 74. I. F. Alam. c. 7. et Sax. c. 4.* II. F *55. § 1 et t. 107.* RITTERSHVS. *Partit. feud. libr.* II. *cap. 1. n. 33. 34.* ROSENTHAL. *c. 8. concl. 24* Dammum ueto dominus uasallo non restituit (**). II. F. *7 et 28 I. F. Sax. c. 4.* GEORG. SCHVLTZ. *Synops. feud. c. 10. n. 45.* De sumtibus.

§. VII.

Si plures dominos uasallus habet, qui exigunt seruitia simul, antiquior praeferendus, II. F. *28. §. fin.* alteri *hostenditia* praestanda De domino potiori.

 sunt

(*) Aliud est, si manifestum sit, bellum esse iniustissimum, e. gr. si dominus directus arma corripiat aduersus imperatorem et imperium. Hisce enim casibus nullo iure exigi possint seruitia militaria. Vid. TITII **Deutsches Lehen-Recht**, *cap. 14. §. 29.*

(**) Immo restituit, quia hac in re mirus consensus est constitutionum feudalium. Vid *I. F. S cap. 4.* Et hinc orta est controuersia ista feudalis inter Fridericum Placidum, electorem Saxoniae, et Conradum de Kauffungen, cuius historiam luculenter descripsit MVLLER. *Annal. Saxon. ab initio.*

sunt (*). *I. F. Alam. c. 87. I. Sax. c. 46.* SCHRAD. *de feud. P. VI. const. 6. n. 19* SCHVLTZ. *d. c. 10. n. 31.*

§. VIII.

Ius dominii in re dominium directum. Ius circa rem feudalem dominus habet duplex *in re*, et *ad rem*. *Ius in re* est *dominium directum*, quod ita per analogiam ab *actionibus directis* ex iure Romano ab interpretibus fuit appellatum; quod etiam *proprietas* dicitur: quod tamen cum grano salis (**) accipiendum, et tantum quatenus ea communis est cum uasallo. Vid. CAR. MOLINAEVS *ad consuet. Paris. t. II. p. 109.*

§. VIIII.

Eius effectus. Effectus dominii directi est, ut uasallus sine consensu domini rem feudalem non possit

(*) Sed quaeritur, quomodo ista computanda sint? Resp. plerosque fructus illius anni, quo seruitia exiguntur, pro seruitiis dari existimant, et ii praesidium reperiunt *II. F. 40.* COCCEIVS in *Diss. de adoha, cap. 2. §. 8.* uiginti annorum fructus computari iubet, summamque prodeuntem per uiginti diuidere: sic enim ueram quantitatem fructuum unius anni haberi posse. Sed hodie in plerisque curiis feudalibus seruitia habent certam et definitam aestimationem.

(**) Vix enim hoc dominium directum aliquid commune habet cum proprietate, quia dominus directus nec de feudo disponere, nec fructus percipere, nec uasallum eius usu excludere, nec ipsum feudum a quocumque possessore uindicare potest, quamuis recte uindicet ius dominii directi, si tertius illo iniuste uti uelit.

fit alienare, II. F. 13. *in fin. tit.* 34. § 1. et *t.* 55. §. *praeterea.* Item ut feudo aperto dominium domino consolidetur. II. F. 11. 15. 18. et 28. § *si uasallus.* Hinc *rei uindicatio* ratione dominii directi domino competit; immo et *remedia possessoria*; nam possessio ciuilis retenta (*) intelligitur a domino ratione dominii directi, ut habet *glossa in L. un. C uti possidetis.* Dixi: *ratione dominii directi*, quod ampliatur etiam ratione dominii directi *intermedii*, scilicet in subfeudatione; quaelibet enim proprietas, large sumto uocabulo, habet possessionem uel quasi sibi correspondentem. Vid. MOLIN. *tit.* 1. §. 1. *gloss.* 6. *n* 8 et *seqq.*

§. X.

Praeter ius in re gaudet etiam dominus iure ad rem, contra uasallum, ex obligatione personali uasalli, qua uasallus tenetur domino de dolo et culpa, siue de praestationibus personalibus. Ex hac obligatione oritur *condictio caussa dati* feudi caussa non sequuta seruitiorum uel fidelitatis: item condictio ius ad rem.

ad

(*) Id rectius ab aliis negatur, inprimis a TITIO im Deutschen Lehen-Recht, *cap.* 14. §. 3. Tu potius dixeris, dominum directum non quidem possessionem habere in ipso feudo, at competere tamen illi quasi possessionem iurium dominii directi, quin illum etiam in hac quasi possessione tuendum esse, si probet, se esse in quasi possessione inuestiendi, fidem et seruitia exigendi, laudemia percipiendi, cet.

ad impetrandam inueſtituram, uel ad praeſtanda ſeruitia, denique actio de felonia (*).

§. XI.

Ius uaſalli circa perſonam.

Vaſallus uiciſſim habet ius circa perſonam domini, ex obligatione domini ad fidem et protectionem (**) uaſallo debitam ex contractu feudali, II. F. 26. §. *domino tit. 33. §. 1. et tit. 47.* item ut dominus inueſtiens uaſallum de feudo *nobili* debeat etiam pati, ut *nobiliter uiuat*, qua de re infra, de feudo nobili. Quare ſicut filius habet *actionem praeiudicialem* contra patrem, qui denegat ius et protectionem patriae poteſtatis; ut ciuis uel ſubditus contra dominum; uxor contra maritum: ſic uaſallus contra dominum habet actionem praeiudicialem, et obligationem circa perſonam eius.

§ XII.

Ius uaſalli in re dominium utile.

Ius uaſalli circa rem feudalem eſt itidem in re, et ad rem. Ius in re eſt *dominium utile*, uel uſus fructus feudalis, hoc eſt, ius percipiendi omnes fructus naturales et ciuiles cum

(*) Pleraeque hae actiones ad idem tendunt: nam et inueſtiturae omiſſio felonia, *II. F. 24.* itemque denegatio fidelitatis, *c. l. §. 1.* Vnde facile patet, has actiones electiue fere tantum concurrere.

(**) Nec tamen haec fidelitas expreſſe promittitur, multoque minus mediante iureiurando, ceu recte obſeruauit STRVV. *Syntagm. iur. feud. cap. 2. §. 5.* Fruſtra nonnulli obiiciunt, imperatores ſolere iurato promittere fidelitatem imperii ſtatibus. Hoc enim iusiurandum non praeſtat tamquam dominus directus, ſed tamquam imperator; unde et imperii urbibus hoc iureiurando obligatur.

cum omni cauſſa, acceſſione, et utilitate, I F. 4. §. 5. adeoque et theſauro inuento (***). Diſſ. BONACINA, partiens inter utrumque. BITSCH. *de theſaur. c. 8. §. 148. 168.* Item- que *poſſeſſio*, ad quam impetrandam habet actionem contra dominum, ut etiam de euictione. Vid. OBRECHT. *de feud. III, 14.* *Poſſeſſio* iure feudali, ut alia iura quaeuis, ad heredes (*) transmittitur, ſecundum regulam iuris Germanici: **der Todte erbt den Lebenden**; et Francici: *le mort ſaiſit le vif;* de qua regula TIRAQVELLVS integram commentationem reliquit. LEONIN *Conſ. 98.* et plura in *Exercit. ad Pand. XV. §. 13 et XXX.* Poſſeſſio.

(*) Obſeruandum hic eſt: 1) acceſſiones et fructus diuerſo iure percipere uaſallum. In acceſſionibus enim, quatenus pars feudi manent, dominio tantum utili gaudet, in fructibus pleno dominio, adeo, ut et inter allodia referri ſoleant; 2) theſaurum quidem uaſallo deberi, non tamen metalli fodinas et mineralia, niſi feudum cum ſuperioritate territoriali coniunctum ſit. In Saxonia tamen uaſallis etiam equeſtris ordinis permittitur, ut poſſint ferrum conficere, et lapides, ſaxa, et calcem fodere. Vid. CARPZOV. *Part. II conſtit. 53. def. 1. 2. 3.*

(**) Adeoque ad deſcendentes tantum, qui ſoli tamquam heredes feudales ſuccedunt, non ad agnatos uel ſimultanee inueſtitos, quippe qui iure ſingulari ſuccedunt, ac proinde adprehendere tenentur poſſeſſionem. Quia tamen ſaepe contingit, ut remotiores in fraudem propiniorum agnatorum poſſeſſionem adprehendant: in his prouinciis edicto regio de poſſeſſorio ſummariſſimo prudentiſſime cautum eſt, ut, qui ex agnatis poſſeſſionem prior adprehendit, eam nomine omnium reliquorum agnatorum adprehendiſſe cenſeatur.

Pignus *XXX. §. 105. 122.* Tertio *pignus* quoque in feudo pignoratitio (*), de quo infra suo loco; denique *actiones reales* instituendi, et *excipiendi ius* pro feudo: etiam *transigendi* (**), salua feudi substantia, II. F 26 §. *si uasallus, et tit. 43.* aut *compromittendi*, *II. F. 15. et 34. pr.*

§. XIII.

Seruitus. Ius *seruitutes* feudo *adquirendi* competit uasallo iure dominii utilis, non autem *imponendi*, nisi ad tempus, aut sine praeiudicio domini et successoris (***). II. F. *8.* §. *1.*

§. XIIII.

Subinfeudatio. Eodem e fonte gaudet uasallus iure *subinfeudandi* uel subinuestiendi (†), de quo II. F. *26. tit. 34.*

(*) Aliud est feudum *pignoratitium*, aliud *oppignoratum.* Illud pignori datur cum qualitate feudali; hoc sine inuestitura, cum consensu domini traditur. Hinc illud in alienabile est; hoc alienabile.

(**) Quamuis enim transactio sit species alienationis, eamque leges uasallo adimant: nihilo minus ualida est transactio, quia est alienatio necessaria, per *II. F. 43.* praeterea alienatio per transactionem facta nec agnatis, nec domino nocet, quia soluto iure dantis, ius accipientis soluitur.

(***) Tu potius rem ita concipe: uasallus et personalem, et realem seruitutem imponere potest feudo. Id autem facit uel cum consensu domini et agnatorum, uel illis insciis et inconsultis. Priore casu seruitus etiam exstincto uasallo durat: posteriore exspirat, simul ac deficit uasalli posteritas; quia soluto iure dantis, ius accipientis soluitur.

(†) Sed hic ante omnia requiritur, 1) ne subinfeudatio fiat dolo malo, ita, ut sub illa latitet alienatio; 2) ne durior conditio eo ipso imponatur domino,

tit. 34. §. 2. tit 55. §. 2. et I. F. Alam. c. 49. Eſt autem *ſubfeudatio* conceſſio et inueſtitura de dominio utili ſubordinato, reſeruante domino mediato ſeu intermedio ſibi aliquod dominium directum ſubordinatum, *II. F. 34. § ſimiliter. I. F. Alam. c. 30.* ubi in *Commentario* plura.

§. XV.

Ius refutandi feudum uaſallo competit etiam ſine conſenſu domini (*) *II. F 14. 38. I. F. Alam. c 5. et 70.* Eſt autem *refutatio* ius reſignandi dominii utilis, et retradendi domino directo, adeoque regulariter fit in fauorem domini, ut conſolidetur dominium directum cum utili, et conſequenter conſenſus domini praeſumitur potius, quam requiritur. Datur tamen praeter hanc ſpeciem etiam alia refutationis ſpecies, quae fit in fauorem *tertii* (**), et ſub ea conditione, ut dominus illi conferat, quod tamen domino in- Refutatio. duplex.

quod fieret, ſi ſubinfeudatio fieret etiam in fauorem filiarum; 3) ut ſubuaſallus etiam domino ſuperiori debeat fidelitatem; denique 4) ut dominus et agnati conſenſerint, quia hi alias reuocarent ſubfeudum, ſimul ac uaſalli ſubinfeudantis poſteritas exſpirat. Vid. HARTM PISTOR. *libr. II qu. 44.*

(*) Quisquisque praeſumitur conſentire in id, quod ipſi utilitatem adfert. Addit tamen STRYKIVS in *Exam iur. feud cap. 22 qu. 12.* imitationem, modo non id fiat intempeſtiue, ueluti bello imminente. Sed quamuis hoc in theoria rectiſſime ſe habeat: in praxi tamen uix excogitari poteſt caſus, quod haec refutatio incommoda ſit domino futura.

(**) Tertius illa uel proximus agnatus et ſucceſſor eſt, uel extraneus, aut ſaltim remotior agnatus.

inuito fieri non potest. *II. F. 14. I. F. Alam. c. 21. et 107. §. 3.*

§. XVI.

Ius alienandi

Ius alienandi feudum non est penes uasallum solum, sed commune domino et uasallo, adeoque uasallo competit non nisi cum consensu domini; *I. F. 5. §. 2. II F. 9. et 55.* etiam in feudo *hereditario*, nisi hoc expresse pactum sit, ut liceat alienare sine domini consensu. II. F. 48. Cum porro alienatio sit duplex: uel *mera* dominii translatio, uulgo **ein Erb-Kauf oder Tausch**; uel *restricta* pacto retrouenditionis, **ein Wiederkauf**, uel qua ius pignoris aut hypothecae tantum transfertur. Igitur ad alienationem feudi per emtionem uel uenditionem, et similes ad transferendum dominium habiles titulos, requiritur consensus et confirmatio domini (*). Pariter in oppignoratione non sufficit confirmatio contractus prin-

Priore casu refutatio fieri nequit, nisi cum consensu domini; et tunc utilissimum est, ut uasallus sibi reseruet ius simultaneae inuestiturae: posteriore casu praeterea etiam agnatorum propiorum consensu opus est, quippe quibus inuitis ius quaesitum auferri non potest.

(*) Immo et agnatorum consensu ad ualiditatem huius alienationis opus est: quin et si deficiant agnati, et quidam simultaneam inuestituram impetrarint, horum quoque consensu omnino opus est. Alias enim alienatio ualet tantum superstite uasallo, eiusque descendentibus, non autem illa praeiudicio esse potest agnatis et simultanee inuestitis, quibus feudum hoc reuocare licet, simulac successio ad illos deuoluitur.

principalis, u. g. mutui, ſed requiritur ſpeciatim conſenſus domini in hypothecam.

§. XVII.

Pertinet huc etiam conſtitutio *dotalitii*, quo dominium utile *ad dies uitae* transfertur in uiduam uaſalli (*). Hoc etiam ſine conſenſu expreſſo fieri poteſt, per conſtitutionem FRIDERICI, *libr. III. t. 14.* Satius tamen eſt, ut cum ipſo fiat, uid. *I. F. Alam. c. 64.* ubi duplex ratio dotalitii exponitur, iure ſcilicet uſus fructus meri, et iure inueſtiturae. Cautio tamen uſufructuaria non requiritur. Vid. *Exerc. ad Pand. XVII. §. 21.* Dotalitium

(*) Nimirum dotalitium conſtituitur aut in certis bonis, quorum tunc utile dominium ad uxorem tranſit, aut in pecunia numerata, id eſt, in duplicatis uel quadruplicatis uſuris. Neutro caſu debetur dotalitium, niſi dos uel uere illata, uel promiſſa ſit tantum, et poſtea cum uſuris offeratur. Si nulla plane dos promiſſa ſit, nihil debetur. Vid. STRVV. *Syntagm. iur. feud. cap. 14 §. 10.* et LVDOVIC. *Diſſert. de probatione illatae dotis.*



E CAPVT

CAPVT VII.

DE DEBITIS FEVDALIBVS.

* * *

§. I.

Regula de obligatione debitorum feudalium.

Praeter obligationem inter dominum et uasallum reciprocam, regulariter nulla datur obligatio inter dominum et tertium, puta defuncti uasalli creditorem, ac similiter inter agnatum successorem et tertium istum defuncti uasalli creditorem (*), *II. F. 45.* ubi de agnato dicitur: *nec de debito hereditario aliquid feudi nomine soluere cogitur*; ubi *debitum hereditarium* uocatur totum aes alienum, die passiv-Schulden, quod relinquit uasallus defunctus, in quo etsi quaedam esse possint, quae feudum ipsum concernant, tamen nec eo nomine ad quidquam teneri successor hic dicitur. *Sed in fructibus* (illius anni, quo mortuus est uasallus, IACOB DE BELLOVISO) *si quos reliquit, ut de iis debitum* (totum aes alienum, indistincte) *soluatur* (ab heredibus allodialibus) *quo* scilicet *tempore decesserit* uasallus, *consi-de-*

non transmittitur ad successores.

(*) Agnatus enim, qui titulo singulari succedit, puta ex pacto et prouidentia maiorum, non transit in obligationes antecessoris sui, secus ac filius debitoris, qui, nisi et feudum et allodium repudiat, tamquam heres patri succedit, adeoque merito omne aes alienum exsoluit.

derabitur; sunt uerba textus *II. F. 45. §. his consequenter.* Item II. F. 86. ibi: *fruges exstantes non ad dominum, sed ad filias ipsius uasalli, uel etiam ad uxorem eius pertinere: et hac ratione creditor eas retinere potest, licet pignus habere non possit.* Adeoque liquet hinc, textus iuris feudalis ignorare diuisionem inter debita feudalia et allodialia: ratio est, quod aes alienum afficiat hereditatem, non feudum, et ita obliget heredem, non possessorem feudi nouum. Vide de hoc quatuor opiniones doctorum a BERLICHIO examinatas et reiectas, proposita sua tenore (*), *part. II. concl. 55.*

§. II.

Nimirum uasallus plerumque relinquit debita duplicis generis, feudalia, et allodialia, quae et *debita uasalli* uocantur II. F. 45. *Feudalia* sunt, quae feudum ipsum afficiunt,

 hoc

(*) Fructus enim feudi non sunt res feudales, sed allodiales. Et hinc creditores facile exsequutionem impetrare poterunt in fructus feudi, modo id fiat saluis seruitiis domino debitis, quippe ob quae fructus feudi uasallis conceduntur.

(**) Hanc BERLICHIVS luculenter exposuit *num. 19. seqq.* Distinguit nimirum, feudumne sit hereditarium, an ex pacto et prouidentia maiorum. Priore casu, quicumque succedit, succedit tamquam heres, adeoque et aes alienum exsoluere tenetur. Posteriore feudum ad descendentes deuoluitur, aut ad agnatos, uel simultanee inuestitos. Priores tamquam heredes ex contractibus defuncti obligantur; posteriores minime, nisi debitum sit feudale.

hoc eſt, quae continent ius reale in feudo, ut *pignus:* idque uel *expreſſum*, per conſenſum domini et agnatorum; uel *tacitum*, non tam iuris Romani, quam conſuetudinis feudalis, cui conſuetudini non, ut uaſallo, prohibitum eſt, hypothecam tacitam introducere (*). Communiter haec uocantur *onera realia* feudo inhaerentia etiam *ſine* ſpeciali *oppignoratione:* de quibus ſuperioris regulae exceptiones ſequentes notamus.

Pignus expreſſum.

§. III.

Exceptio 1.

Prima exceptio: ſi ipſe poſſeſſor nouus feudi eſt *heres ſimul* defuncti, ut filius, tunc ad debita patris ſoluenda utique tenetur. Ratio, quia reſpectu horum debitorum cenſetur feudum quid hereditarium patris defuncti II. F 45. Vid. ANT MONACHVS *de recta feudorum interpretatione per tot.* Diſſ. BVLGARVS et IRNERIVS, ſed uid. IACOB. *de* ARDIZZONE *c. 137. p. 169 ſeqq.* Id quod in feudo *hereditario* extenditur ad quemuis ſucceſſorem, etiam extraneum (**), pro

(*) Tales hypothecae tacitae feudales non paucae exſtant. Tali enim gaudent, 1) uxor, ratione dotis illatae, 2) ratione paraphernalium; 3) filiae, ratione dotis in ſubſidium debitae, itemque ratione legitimae ſuae; quin et filii incapaces ad feudum alimentorum cauſſa tacita huius modi hypotheca fruuntur, ceu recte docuit TITIVS, *cap. 19. §. 7. ſeqq.*

(**) An etiam ad dominum? Negat STRVV. *Syntagm. iur. feud. cap. 14 aph. 2. num 5.* affirmat contra TITIVS, eiuſque ſententia iuſtiſſimam procul dubio rationem habet. Quia enim domi-

pro natura feudi hereditarii II. F. 48. BERLICH. *part. II. concl. 55. n 20 seqq.* Immo extenditur etiam ad feudum non hereditarium nouum, si agnati ita ex pacto succedunt, ut simul heredes sint in allodio. STRVV. *c. 14. aph. 28. n. 2.*

§. IIII.

Excipe secundo, nisi debitum aliquod gaudeat hypotheca expressa in feudo, cum *consensu* agnatorum, uel simultanee inuestitorum (**), et inprimis domini constituta, aut alias fuerit contractum ratione ipsius rei feudalis. Sed hoc usu et interpretatione prudentum ita fuit introductum. Idem extenditur ad *extraneum* possessorem, qui in ius et obligationem domini uel uasalli succedit. CARPZ. *Resp. IIII, 68* COCCEI. *Hypomnemat. feud. tit. 12. §. 6.* Exceptio II.

 § V.

nus in feudo hereditario permittere tenetur, ut uasallus pro lubitu disponat ac alienet. non etiam potest prohibere, quo minus aes alienum contrahat. Itaque feudum hereditarium ad dominum redit cum suo onere.

(*) Sed hic quaestio suboritur, an hi teneantur consentire? Resp. si feudum nouum sit, is, quem uasallus ultro ad simultaneam inuestituram admisit, simpliciter consentire tenetur. Sin antiquum est feudum, obligati sunt agnati ad consensum impertiendum, si oppignoratio sit necessaria, e. g. si pecunia credatur ad dotem restituendam, seruitia praestanda, cet. Si agnati tunc sine ratione dissentiunt, per sententiam iudicis pro consentientibus declarantur.

§. V.

Exceptionis exceptio.

Sed haec altera exceptio ita ſublimitatur de iure feudali communi, quod exinde quidem obligetur ſucceſſor et dominus, ſed ita, ut, ſicuti fideiuſſores quidam, gaudeant *exceptione excuſſionis* heredum allodialium (*), et obligentur tantum in ſubſidium. BERLICH. *part. II concl. 55 n 36.* ANT. MONACH *de recta feudor. interpret cap. 64 n. 35.* Secus de iure Saxonico electorali, ut conſtat ex *part. II. conſt. 46. et* BERLICH. *d. l. n. 49.*

§. VI.

Exceptio III.

Tertio excipe, ſi debitum probetur *in rem* et utilitatem feudi *uerſum:* tunc enim non in ſubſidium, ſed principalitet ſoluendum eſt, ex ſubſtantia feudi; idque utroque iute, communi et Saxonico. BERLICH. *d. l. n. 57.* SCHVLTZ. *in Synopſ. feud. c. 8. n. 173. et ſeqq.* Huc etiam referuntut *ſalaria aduocaterum* (**), qui cauſſam feudi geſſetunt utilitet. STRVV. *c. 14. aph 7. n 2.* Item *mutuum*, quo feudum comparatum eſt, etiam uttoque iure. BERLICH. *d. l. n. 95. et ſeqq.*

(*) Excepti tamen ſunt caſus, ubi pecunia, pro qua feudum oppignoratum eſt, in ipſum feudum conuerſa ſit. Tunc enim pignus feudum afficit abſolute, nec poſſeſſori competit exceptio excuſſionis. Vid TITIVS im Deutſchen Lehen-Recht, *cap. 18. §. 16.*

(**) Immo quidquid ad expenſas huius modi ferendas creditum eſt, quia ſine hac pecunia feudum non fuiſſet a familia conſeruatum. Vid. CARPZOV. *part. II. conſtit. 46. defin. 26.*

seqq. STRVV. *c. 14. n. 7. et 8.* Item *residuum pretii* tenentur soluere successores, quia rem ipsam tenent, cuius pretium restat, idque ex ipsa comparatione, sine qua non succederent; secus est in domino, qui ad id non tenetur(**). STRVV. *c. 14 aph. 8 § 3.* Cautio itaque est, ut tali in casu consensus domini impetretur expressus.

§. VII.

Onera illa realia sine expressa oppignoratione sunt, primo obligatio ad *dotationem* filiae uasalli defuncti, qua obligatur et successor et dominus in subsidium (***). ANDR. *de* ISERNIA *in tit. de inuest. de re aliena n. 5.* MATTH. *de* AFFLICT. *ibid.* HARTM. PISTOR. *libr.* III. *qu. 37.* Conuenit *ius Saxonicum municipale tit.* wie die Töchter, aus dem Lehenguth: secus *iure electorali*, *P.* II. *c. 46.* Onera realia sine oppignoratione. 1. Dotatio

E 4 und

(*) Dissentit equidem TITIVS im Deutschen Lehm-Recht, *cap. 19. §. 20.* idque ex ea ratione, quod haec uenditio feudi occasionem dederit, ut feudum eo citius aperiretur domino. Sed cum id fortunae debeat dominus, non facto uasalli, et semper gratis reuerti debeat feudum ad dominum, uix patet ratio, cur dominus pretium soluere teneatur.

(**) Hinc semper obseruandum est, filias aut dotandas esse ex allodio paterno, aut, si id non sufficiat, ex feudo. Quod adeo uerum est, ut si uel maxime ipsa filia bona quaedam adquisiuerit, haec dos tamen illi nihilo minus debeatur, quippe quae esse censetur loco legitimae. Dissentit tamen CARPZOV. *decis. 173. 174.*

und die Land-Erben damit verschonet werden. Par ratio est *mutui* accepti *ad dotem* soluendam. Vid. RICHT. *de priuileg. credit c.4.§.1.n.168.*

§. VIII.

11 Dotalitium Secundum onus reale est *dotalitium*, quod ipsum etiam *dotarium* siue *doarium* adpellatur, et pro dote illata, atque in feudum praesumtiue uersa, non repetenda, constituitur. Veteri iure feudali dotalitium in feudo constitui uix poterat, II. F. 9. §. 1 quam sententiam adhuc sequuntur WESENBECIVS, KOEPPEN, IACOB. SCHVLTZIVS, BERLICHIVS, et alii: introductum tamen fuit a FRIDERICO II. imperatore, ut in feudo dotalitium constitui possit, *libr.* III *const. t. 14* Plura ibi ANOR *de* ISERNIA. De iure Gallico similiter testatur CAROL. MOLIN. *ad consuet Paris tit.1.§ 33.gloss. 1 n.158* et conuenit I F. *Alam. c. 64. et Saxon. c.31* puta cum consensu domini et agnatorum, uel simultanee inuestitotum (**). *Ius elect. Sax.* idem

(*) Immo et promissa, modo uidua illam postea cum usuris inferat. Vid. HARTM. PISTOR. *libr. I. qu. 5.* Si nec promissa, nec illata fit: cessat dotalitium, et uidua contenta esse iubetur statutaris.

(**) Immo si dotalitium uel pactis familiae, uel legibus prouincialibus definitum est, nec opus quidem esse uidetur consensu isto domini uel agnatorum. Hic ergo eo tantum casu requiritur, si plus loco dotalitii promittatur, quam pacta ista uel leges indulgent.

idem quidem admisit in *const. 46. part 2.* praeterquam quod non in subsidium, sed principaliter obliget successores. Sed communi iure obligantur successores (*) in subsidium etiam tacite, etsi expresse non promissum fuerit, modo dos illata sit, aut saltem non ob moram uxoris illatio omissa. BERLICH. *part. II. c. 50. n. 25.*

§. VIIII.

Tertia species sunt alimenta filiis defuncti imperfectis in subsidium debita. I. F. 6. §. *mutus. 2. et* II. F. 36. *I. F. Alam. c. 63.* Quod extenditur quoque ad filias non elocatas. BERLICH. *dict. concl. 55 n. 73.* Par ratio filiorum secundo genitorum, ubi ius primogeniturae et apanagii locum habet(**) TIRAQVELL. *de iur primog. qu. 4. n. 21.* BETSIVS *de pact. famil. illustr. c. 8. et 9. p. 206.* SPRINGSFELD. *de iur. apanag.* RHETIVS *de portion. alimentar.*

III Alimenta

Apanagium.

(*) Non tamen obligatur hoc iure uxor eatenus, ut dotalitium acceptare teneatur: nam potius ei competit ius optionis, ut statuere possit, dotemne repetere, an dotalitium eligere malit. Vid. CARPZOV. *part. II. const. 44. def. 5.*

(**) Differt tamen hoc apanagium a reliquis alimentorum speciebus. Cum enim haec non debeantur ex feudo, nisi in subsidium, si allodium non sufficiat: apanagium absolute debetur, quantaecumque sint apanagiati facultates. Vid. THOMASII *Differt. de parago et apanagio.*

§. X.

IIII Legitima. Quarta species est, quod *legitima*, uel eius supplementum, debetur ex feudo *nouo* emto (*), uel alias comparato, ne filiae et liberi, a successione in feudo exclusi, in legitima fraudentur. Vid. *Exerc.* XIIII. *ad Pand* §. *67.* STRVV. *Synt iur. feud. c.14* §. *19.* Idem iuris est, si pater bona sua in feudum obtulit. Plane legitima accepta, dotis et alimentorum petitio locum non habet. BETS. *de pact. famil. illustr. c.9. p. 410.*

§. XI.

V. Impensae funeris. Quinta species sunt impensae in funus uasalli defuncti (**), sed in *subsidium*, et ex pietate. MEV *part.* II. *decis. 174* STRVV. *c.14.* § *20.* Diss. COCCEI *in Hypomn feud. cap. 12.* §. *14.* cum CARPZ. *part.* II *const 46. def. 36.* Ceterum sumtus in seruitia militaria, zur Mundirung und Aufbringung der Ritter-Pferde, pro debito feudali censendos negat BERLICH dict. *concl. 55.* §. *76.* CARPZ. dict. *const. 46. def. 34. et* STRVV. *d. c.* 14.

(*) Cum enim hoc casu maxima pars facultatum paternarum in huius modi feudum expensa sit: iniquum sane esset, filias hoc modo plane priuari legitima, cum ne donatio quidem a suo donatore facta ualeat, si inofficiosa sit. Vid. CARPZOV. *de oneribus uasallorum, decad.3 posit. 6. sequ.*

(**) Immo et in funus filiarum uasalli, si hae non possint sepeliri ex allodio. Id quod aequitati eo magis conuenit, quia hac filiarum morte successor dotem lucratur, ceu animaduertit CARPZOV. *part. II, const. 46. defin. 23.*

14. *aph. 16 n. 2.* Affirmant contra ANDR. *de* ISERNIA, MATTH *de* AFFLICTIS, SCHRADERVS, MOLLERVS, COCCEIVS, et alii. Qua in re temperamentum adhibendum est (*): regulariter quidem uerum est, eius modi debita non esse feudalia: ratio, quia uasallus percipit fructus, ut ex iis seruitia domino praestet; sed haec ratio uera est de seruitiis ordinariis; quod si uero extraordinaria exiguntur, et fructus feudales annuos transscendentia, tunc magis est, ut debitum sit feudale: ratio, quia hoc casu idem operatur impositio domini, quod alias impositio legis, quam hic requirunt dissentientes. CARPZ. *d def. 34. in fin.*

(*) Et quidem triplex notanda est distinctio. *Primo* enim ratione prouinciarum leges admodum uariae sunt, et inprimis in Marchia ita sese habent mores et consuetudines, ut seruitia pro debito feudali habeantur. *Deinde* distinguuntur onera feudalia ordinaria et extraordinaria, et haec omnino sunt debitum feudale, ceu ipse auctor hic agnoscit. Denique *tertia* distinguendum est, an indicta iam sint seruitia uiuo adhue uasallo, an eo iam mortuo exigi coeperint. Vid. CARPZOV. *de oneribus uasalli, decad. 4. posit. 10.*



CAPVT

CAPUT VIII.

DE MODIS FINIENDI ET AMITTENDI FEUDUM.

* * *

§. I.

Refutatio Feudum amittitur, et obligatio inter uasallum et dominum mutua cessat, primo *refutatione*, qua uasallus pro lubitu (*) dominium utile, domino etiam inuito, iterum cedere et resignare potest. *II F. 38. I. F. Alam. c. 5.* Dominus uero non potest dominium utile auocare sine caussa cognita, nisi ex pacto expresso, de quo *I. F. Alam. cap 97. 99. et 26 § 3.* Addit BALDUS et MOLINAEUS aliam exceptionem de uasallo *ligio*, id est, qui uni soli domino obligatus est, quod is non possit feudum refutare inuito domino (**), *tit. I. ad consuet. Parisiens. §. 1 gloss. 5. n. 9.*

(*) Id quidem uerum est, si uasallus feudum refutet in fauorem domini ipsius, quamuis, si agnati adsint uel simultanee inuestiti, eorum consensu omnino opus sit. Ne horum quidem consensu opus est, si refutatio fit in fauorem proximi successoris. Denique si in fauorem extranei feudum refutatur, ea refutatio est species alienationis, et hinc sine consensu agnatorum et domini fieri nequit.

(**) Sed uix haec sententia BALDI est, qui potius negauit, uasallum ligium refutare posse feudum

n. 9. Rationes eius funt duae, tum quia perfona uafalli ligii principaliter fit obligata, tum quia grauiffimum fit, fupremo principi fidem fallere. Sed prima ratio communis eft cuilibet uafallo, non tantum ligio, qui principaliter obligatur quoad perfonam; fecunda ratio plane nihil ad rem facit, nec fubditus fidem fallit, qui refignat ius ciuitatis.

§. II.

Praefcriptione, et per hanc praefumta a lege uoluntate uafalli amittitur feudum, quoties per longiffimum tempus uafallus dominium utile neglexit (*), de qua cum fupra de adquifitione feudi, ut correlato, dictum fuerit, ea hic non funt repetenda. Praefcriptio

§. III.

Amittitur feudum tertio *apertura*, quoties deficientibus fuccefforibus feudalibus feu- Apertura.

in fauorem extranei, qui non eft ligius. Sic enim natura feudi mutaretur, quod inuito domino fieri nequit.

(*) Hic unus eft cafus praefcriptionis feudalis, cui addendus eft alter, fi uafallus per triginta annos feudum poffedit tamquam allodium, et dominus ea in re per tantum tempus adquieuit. Neutro cafu praeiudicium adfertur agnatis, quippe quibus non ualentibus agere non currit praefcriptio. Vid STRVV. *cap. 15. §. 3. num. 4.* Aliquando non totum ius feudi perit praefcriptione, fed feruitia tantum ceffant, per quafi poffeffionem libertatis triginta annorum. Quo cafu feudum fit francum.

feudalibus feudum domino aperitur (*), id est, cum dominio directo consolidatur. *I. F. 18.* II F *15. 26. §. 2. et 34. §. 2.* quamquam extendatur ad agnatorum successionem, et quae fit per feloniam II. F. *31 et 37.* CAROL. MOLINAEUS *ad tit. 1. consuet. Paris. §. 1. gloss. 4. in pr.* huius modi praxin ita tradit: *communis modus utendi est, quod domini, merum uel mixtum imperium habentes, prehendunt feuda ipsis aperta per officiales proprios iurisdictionis suae; si nullam habent iurisdictionem, solent prehendere auctoritate iudicis competentis.* Ab isto modo differt inuasio, seu uiolenta feudi apprehensio, de qua *I. F. Alam. cap. 22. et 74.*

Apprehensio possessionis.

§. IIII.

Interitus.

Interitu fundi feudalis finitur obligatio et ius feudi, si fiat ui maiori et totaliter quoad substantiam. Ratio ex natura usus fructus petitur. Quia tamen feudum non merus usus fructus est (**), sed dominium in feu-

(*) Sed an non etiam uasallo aperitur dominium directum, si dominus sine heredibus decedat? Id adfirmat STRUV. *cap. 15. §. 3. num. 3.* Sed rectius illi, qui distinguendum esse monent inter feuda data et oblata, et quaestionem adfirmandam putant in posterioribus, non in prioribus. Vid. TITIUS, *cap. 26. §. 23.*

(**) Quamuis enim ita adpelletur feudum *II. F. 23. sub fin.* non tamen id intelligendum est de usu fructu iuris Romani, qui est seruitus, sed de usu fructu iuris Germanici, quem in dominio utili consistere, multis argumentis demonstrauimus in *Elem. iur. Germ. libr. II. tit. 2.*

feudo; igitur non ſicut uſus fructus aedium ceſſat eis exuſtis, §. *3. Inſt de uſufr.* ſic et ius feudi, ſed remanet illud in area iure domini. STRVV. *cap. 15. §. 4.*

§. V.

Finitur feudum etiam inhabilitate perſonae uaſalli ſuperueniente, ueluti habitu monaſtico. *I. F. 6. § 2. II. F. 21 et 26. § qui clericus. II F. 30. I. F. Alam. cap 3. et prouinciale, cap. 6. et 90* Excipe clericos nobiles (*), et qui regalia tenent. Vid. *Comment. ad I. F. Alam cap.* 3. Eoque iure utimur. Vid. STRVV. *cap 9 §. 9.* De imperfectis caſu et natura, *in eodem d. Comment. ad cap. 63.* Inhabilitas.

§. VI.

Morte etiam poſſeſſoris uaſalli feudum finitur, ut nec ad heredes maſculos transmittatur, ſed illud tantum, quod perſonale uocatur (**). II. F. *40. in fin. I. F. Alam. cap. III. ſeqq.* Mors.

§. VII.

(*) Inprimis equites ordinis Teutonici et ſancti Ioannis, quibus ob identitatem rationis merito compares canonicos Auguſtanae confeſſioni addictos. Quin in Saxonia clericatus ſuperueniens neminem feudo priuat, ceu oſtendit CARPZOV. ad *part III. conſt. 28. def. 1. ſeqq.*

(**) Itemque uitalitium qualia in Sueuia ſunt die Schupflehen, de quibus utiliſſima extat differt. WOLFG ADAM. SCHOEPFII *de bonis uitalitiis Sueuiae, Tubing. 1714.*

§. VII.

Felonia

Denique priuatur uasallus feudo ob feloniam, id est, ex delicto, eoque uel uero, et ex proposito doloque commisso, uel ex quasi delicto, ex sola culpa ac negligentia. Vtrumque dicitur *felonia*, uocabulo Langobardico non tantum, sed et *Francico*, et *Teutonico*. Sicut et uox *culpae*, saepe ita accipi solet, ut et dolum comprehendat. Casus feloniarum omnes certa lege nec definiti sunt, et uix definiri possunt, II F. 23. per analogiam tamen (*) ex caussis exheredationis, de quibus in *Nou CXV.* reuocandae donationis, ex *L fin. C. de reuoc. donat.* idemque repudii, *Nou. XXII. c. 51.* relicta est definitio iudicis arbitrio, qua de re uid. ROSENTH. *c. 10. concl. 15. usque ad 37.*

§. VIII.

in dominum

Delictum, quo feudo uasallus priuatur, regulariter fit in dominum, uel saltem in eius familiam, ueluti si domino infidelis esse probatur, I. F. 17. si seruitia non praestiterit requisitus (**), *consuet. Parisiens tit. 1. § 1. et 43.*

(*) Quamuis enim altas absurdum habeatur, argumenta ducere a diuersis ad diuersa, et hinc ICtis solide doctis iam pridem sordere coeperit EBERHARDI *Topica legalis*: hic tamen eius modi inferendi rationem ipsum commendat ius feudale, *II. F. 24. §. 2. uers. praedictis.*

(**) Quin et aliquando minus seruitia praestare tenetur, si nimirum in summo periculo uersetur dominus, ita ut denunciare nequeat uasallis. Qua de re singularis textus est *II. F. 26. §. licet.*

et 43. aut dominum in pugna, aut periculo deserit, *I. F. 5. 17. II. F. 24. et 51.* ROSENTH. *d. cap. 10 concl. 16* siue ipse uasallus, siue saltem substitutus (*). COCCEI. *Hypom. iur. feud. tit 11 §. 7.* Plane uitam domini suae praeferre non tenetur, arg. *L. 5. § penult. D. de agnosc. et alend. liber.* uid. tamen *L. 1 § 28. D. de SC Silan. et ibi glossa.* Item si secreta reuelauerit. *I. F. 17. II. F. 7.* Quaeritur hic, an si litteras ad dominum scriptas resignauerit? Negat COCCEI *l. c. tit 11 § 9.* Affirmat ANTONIVS *Disp. feud. XI. th. 3 not. f. in fin.* Magis est, ut felonia praesumatur, et quaestio affirmetur, nisi de dolo et culpa sese purget uasallus (**). Porro insidias ponendo, iniuriis afficiendo, cum hoste domini faciendo, uel saltem amicitiam contrahendo (***): item

(*) Modo hic iussu uasalli dominum deseruerit: alias enim benignior potius praeualebit sententia, puta substitutum puniendum esse, non uasallum substituentem. Vid. STRYK. *Exam. iur. feud. cap. 23. qu. 36. 37.*

(**) Immo uix intelligitur, qua defensione uti uelit uasallus, ad factum huius modi illicitum purgandum, nisi plane ostendi possit error, uel casus fortuitus, e. g. si litterae ad dominum directae inclusae fuerint litteris ad uasallum scriptis, et cera ita haeserit inuolucro, ut hoc resignato litterae etiam ad dominum directae resignentur simul.

(***) Possunt tamen caussae esse iustissimae, cur amicitiam uasallus colat cum domini hoste, modo isti ope et consilio non adsit. Vid STRVV. *cap. 15. §. 9. num. 3.* Aliud tamen dicendum esset, si quis

item ſi contra dominum teſtimonium dixerit, aut plane ipſum accuſauerit: item ſi conſenſum domini in alienatione et traditione feudi (*) non requiſiuerit. II. F. *26. §. ſi uaſallus.* II. F. *42 et 55. I. F. Alam. cap. 107. et 122.* Vid. IAC. *de* ARDIZZONE, *cap 98. pag.* 121. COCCEI. *tit.* II. §. 16. Porro ſi ſciens inficiatus fuerit feudum, uel eius partem. II. F. 26. § 3. et II F. 34 §. 2. uerſ. *ſi fuerit.* item ſi ex propoſito et contumaciter inueſtituram non renouauerit (**): item ſi ſtuprum intulerit aut intentauerit uxori (***), liberis, ſorori, priuignae, nurui, quae in domo domini ſunt, *I. F. 5. II. F. 24 § 2. et tit. 38.* ROSENTH. *cap. 10. concl. 27.* uel opem ſaltem tulit. II. F 7. ROSENTH. *d. cap.* 10. *concl.* 18. His caſibus et ſimilibus feudum domino aperitur,

eſſet uaſallus ligius, quippe qui omnem amicitiam cum hoſtibus domini uitare tenetur.

(*) Nondum enim perfecta uenditione, nec per traditionem adimpleta, felonia admiſſa eſſe non cenſetur, multoque minus, ſi quis feudum uendiderit cum clauſula: bis auf lehenherrlichen Conſens; tunc enim hic conſenſus tamquam conditio adponitur.

(**) Contumax autem habetur, qui ad inueſtituram accipiendam citatus nec comparuit, nec termini prorogationem petiit. Exemplum huius modi citationis habes infra *cap. 11. § 5.*

(***) An et uiduae? Id marito negatur ob textum *I. F. 21.* ubi iſte demum feudo priuari dicitur, qui concubuerit cum uxore domini, domino uiuente. Id tamen limitat ROSENTHAL. *cap. 10. concl. 27, num. 51.* ſi tale facinus admiſſum ſit intra annum luctus, quippe quod cum maxima domini iniuria coniunctum eſſe cenſetur.

ritur, etsi agnati adsint uel simultanee inuestiti, sed tamdiu aperitur domino, quamdiu delinquens, et descendentes eius, uiuant. II. F. 24. In ecclesiasticis feudis restituitur feudum successori post mortem. II. F. 40.

§. VIIII.

Dantur tamen quaedam delicta, etiam in extraneos commissa, ob quae uasallus feudo priuatur, ita ut domino illud aperiatur. Ea sunt I. *crimen laesae maiestatis*, *II. F. 56. I. Alam. prouinc.* uulgo: *Land-Recht*, *cap.* 61. *A. B. tit. 24.* II. *parricidii* (*), *I. F. 5. II. F. 24.* §. 2. uers. *denique*, *et* §. *37.* III. *proditio* conuasalli siue paris curiae, *I. F. 5. II. F. 37.* IIII. *incestus* iure naturali prohibitus (**). *II. F. 56.* His casibus posterioribus feudum non aperitur domino, si agnati adsint, sed hi succedunt. *II. F. 24.* §. *denique* Si subuasallus, aut subuasalli filius, aut domesticus offenderet dominum superiorem, uasallus intermedius non obligatur, nisi ex facto suo concurrente (***). *II. F. 51. et 55.* §. 2. uers. *illud* in extraneos

F 2 *quo-*

(*) Quod tamen uocabulum hic in sensu latiore accipitur pro omni caede propinquorum. Hinc *II. F. 37.* etiam fratricidium pro felonia habetur, ob quam feudo priuari uasallus possit

(**) Cuius rei rationem frustra arcessunt ex *Nou. XII. cap. 1.* ubi publicatio bonorum ob incestum poena statuitur: haec enim dispositio iuris Romani sublata est per *Nou. CXXXIII. cap. ult.* Sufficit ergo ratio generalis, quod incestuosi non possint honeste stare in curia domini.

(***) Quod factum in eo potissimum consistit, si domino deneget satisfactionem, et subuasallum, cum facultatem puniendi habeat, nulla poena coërcet,

quoque praecip. KOHLIVS, *de subinfeudatione, cap. 4. n. 52.*

§. X.

Quasi delicto. Quasi delicto, siue sola culpa atque negligentia etiam priuatur feudo uasallus, u. g. si neglexit renouationem inuestiturae iusto tempore, aut seruitiorum praestationes, rigore iuris. Ex aequitate tamen solet mulcta dictata feudum ulterius concedi (*). STRVV. *cap. 10. aph. 9. n. 3.*

§. XI.

Priuatio ex delicto non fit ipso iure, sed demum per sententiam condemnatoriam (**): itaque fructus eo usque uasallus lucratur, arg. *L. 44 D. de rei uindicat.* Excipe casum alienati feudi sine domini consensu; tunc enim ipso iure fit priuatio, id est, fructus tempore delicti commissi et factae traditionis cum ipso feudo restituendi sunt. II F. 26. §. *callidis.* CAROL. MOLIN. *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 43. gloss. 1. n. 37.* STRVV. *cap. 15. aph. 11 num. 6.*

Per sententiam. Ipso iure.

§. XII.

(*) Quid si non ipse uasallus, sed filius eius aduersus dominum deliquerit? Resp. tunc patrem feudo non priuari, nisi requisitus filium delinquentem ad dominum deducere neglexerit. Vnde hic habemus speciem quamdam noxae deditionis, ceu patet ex *II. F. 55. §. insuper.*

(**) Hinc sententia eius modi non est mere declaratoria, sed uere priuatoria, ceu contra ALVAROTTVM solide demonstrauit ROSENTHAL. *cap. 10. concl. 41.* Hinc omnibus his casibus tantum locus est actioni personali, nempe condictioni

§. XII.

Feudo, siue per aperturam ad dominum, siue per successionem ad agnatos, deuoluto, fructus percepti pertinent ad defuncti heredes allodiales. Quibus fructibus etiam comparantur ciuiles, quorum dies uenit tempore mortis(*), die verfallen sind vor dem Todt; quo et mulctae pertinent. *L. 244. D. de uerb. sign.* Cui iure Saxonico adiicitur adhuc mensis post mortem defuncti: alias pro rata temporis diuiduntur iure communi, sed iure Saxonico ad heredes allodiales non amplius pertinent. *Libr. II. art. 58.* Fructuum perceptio.

§. XIII.

Fructus naturales nondum percepti tunc ad heredes allodiales pertinent, si uasallus defunctus est intra Martium et Augustum inclusiue. II. F. 28 §. *his consequenter.* ANTON. MONACHVS, *de recta feudorum interpretatione.* Ratio, quia calendis Martiis arua censentur consita a uasallo, et mense Augusto maturuisse fructus. Secus, si fructus tardius maturescunt, eo usque adquiruntur heredibus. HARTMANN. PISTORIS, *libr. I. quaest. 24. n. 48.* Vnde et uindemiae he-

 redi-

caussa data caussa non sequuta, per textum *I. F. 21* cum contra postremo casu ipsa rei uindicatio domino detur. Vid. MOLIN. *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 30 num. 37.*

(*) De perceptis adhuc obseruandum est, quod quidem illi indistincte pertineant ad heredes allodiales, successoribus tamen, si adhuc extent, competit ius protimiseos, een obseruauit et praeiudicio probauit SCHVLTZ. *Synops. iur. feud. cap. 8. num. 272.*

redibus addicuntur. STRVV. *cap. 15. aph. 16. n. 4.* et uid. hic MOLIN *tit. 1* §. *1. gloss. 8. per totum.* Vnde et iure Saxonico fructus industriales heredibus allodialibus semper cedunt, si tempore mortis uasalli agri fuerint rastro subacti(*). *I. P. S. libr. 2. art. 58.*

§. XIIII.

Pertinentiae. Feudi quoque sunt, quae ibi perpetui usus gratia constituta sunt, uelut partes, uel saltem ut accessoria, ueluti torcularia, machinae bellicae, pisces in piscinis, ferae in uiuariis, et similiter, quae ex principiis iuris communis etiam dependent(**). Vid. *L. 13 § 31. L. 17. D. de act. emt. L. 242. §. 4. L. 245. D de uerb sign.*

§. XV.

Impensae. Sumtus et impensas in feudi substantiam et utilitatem permanentem conuersas, recipiunt heredes allodiales, etiamsi felonia uasalli interuenerit (***): (diuersa ratio est em-

(*) Hinc regula iuris Saxonici: was die Egge bestrichen, folget denen Erben. In Marchia heredes allodiales capiunt fructus, si uasallus post diem Margarethae obiit. Vid. KOHLIVS, *de success. coniug. quaest. 9. num. 9.* Quod ad uineas attinet, attenditur ad diem sancti Vrbani, et fructus cedunt heredibus allodialibus, si postea uasallus obierit. Vid. *I. F. S. art. 58.*

(**) Quid si dubium oriatur, an res sit inter pertinentias? Tunc probatio incumbit successori feudali, si nondum apprehendit possessionem: possessionem enim liberare ab onere probandi, tralatitium est. Vid. VVLTEI. *Iur. feud. cap. 5. num. 4.*

(***) Dissentit hic HARTM. PISTOR. *libr. II. quaest. 42.* quem et CARPZOV. sequitur. Sed

emphyteuseos, cuius natura in eo consistit, ut fundus melior reddatur,) aut positum auferunt, *II. F 28. §. si uasall.* estque electio domini uel successoris. ROSENTH. *cap. 10. concl. 43. num. 144* STRVV. *cap. 15. aph. 16. §. 1.* At iure Saxonico aedium pretia non repetuntur. *I. P. S. libr. II. tit 21.*

§. XVI.

Vasallus, a principe summo restitutus ob crimen commissum, feudum semel amissum, et domino feudi uel agnatis quaesitum, non recipit(*), quia restitutione personae non aufertur iterum ius tertio quaesitum, *L. 2. C. de precib. imperat offer.* nisi consensu istius tertii. Illustre exemplum habetur in restitutione Ioannis Friderici, ducis et electoris nati Saxoniae, apud HOTLEDERVM, *de ortu et progressu belli Germanici, part. II. libr. III. cap. 88. pag. 905. n. 46. seqq.* item ducis Holsatiae Ploen contra ducem Holsatiae Restitutio.

 Got-

auctor noster hanc sententiam merito deserit, 1) quia dominus ob ingratitudinem uasalli nihil potest reuocare, nisi quod dedit; 2) quia iura nostra praedoni etiam impensas restitui iubent, quibus quis factus sit locupletior, per *L. 38. D. de hered. petit.* Conf. PETR. GVDELIN. *de feud. part. V. cap. 5. num. 3.*

(*) Puta si ex capite gratiae quis restituatur: aliud, si ex capite iustitiae, quia tunc omnia amissa recuperat, per *L. 1. C. de sentent. pass. et restit.* Ita Henricus Leo in integrum restitutus a Friderico Barbarossa, feuda etiam amissa, ducatum Saxoniae et Bauariae recepit. Vid. OTTO FRISING. *de gest. Frideric. I. libr. II. cap 11. et 27.*

Gottorp, de successione Oldenburgica. *Diar. Europ. part. XXV. pag. 202. 209.*

§ XVII.

Publicatio seu confiscatio

Alii publicationem faciunt quoque modum, quo feudum finiatur, arg. *L. 48 §. 1. D. de iur. fisc.* cedereque feudum domino uel agnatis, numquam fisco, nisi mere hereditarium fuerit. Verum enim uero publicatio siue confiscatio coincidit cum modo finiendi per feloniam ex dolo, et quoties feudum uel domino, uel agnatis aperitur. Quoties porro aliquis possessor et feudi et allodii ex crimine laesae maiestatis condemnatur etiam ad confiscationem, tunc feudum quoque finitur, et redigitur non in fiscum summi principis, sed domini immediati (*), per *Capitulat. Leopold* § 27. quo declaratur *A B. cap. 24. in pr* ibi: *bonis eius omnibus fisco nostro addictis*; quae declaratio utique conformis est *iuri feudali Alamannico, cap. 30. et 89 § 4.* Confer LIMNAEVM, *ad A. B. d. loc.* Feudum *hereditarium* recte non excipitur, quia feudi essentiam retinet, etsi mere tale sit. Vnde domino immediato siue inter-

(*) Acriter hac de re disceptatum fuit in Germania, cum Ferdinandus II. imperator bona eorum, qui crimen laesae maiestatis admisissent, fisco suo uindicaret: tunc enim contradixere electores, et deductionem ediderunt, cuius summa capita exstant apud REINKING. *de regim. sacr. et polit. libr. I. class. 5. cap 7. num. 27.* Sed finis demum impositus est huic controuersiae per *capitulat. Ferdin. III. art 28.* cuius dispositio postea in omnibus reliquis capitulationibus repetita et aucta est.

termedio aperitur, etiam in casu perduellionis, per superiora dicta; nec admittenda distinctio STRVV. *cap. 15. aph. 15. in fin.* Etsi enim tale feudum eius sit conditionis, ut instar rei allodialis facto uasalli in alium transeat; iste alius tamen non est, nisi dominus feudi mediatus, non fiscus imperii.

§. XVIII.

Ex quibus delictis dominium utile feudi finitur, ex iisdem etiam directum cessat (*). II. F. 26. § *dominio. I. F. Alamann cap 69 et 99.* Ergo etiam in eo casu; si dominus directum dominium alienat, inuito uasallo, II. F. *34.* §. *1.* *55* §. *1* et doctores communiter. Dissentit STRVV. *cap. 13. §. 9. in fin.* Vid. *Comment. ad I. F. Alam. cap. 89.* Amissio dominii directi.

(*) Equidem hanc doctrinam ex instituto impugnat THOMAS. in *differt. de felonia domini, tom. II. select. feudal.* Enim uero cum omnia iura feudalia hac in re conspirent, et tacita obligatio etiam perfecta esse possit: non est, quod doctrinam uulgarem hic deseramus, quamuis rationes politicae sint, cur rariora huius modi exempla existent. Vnum tamen comitissae Meursiae habet GROTIVS, *Histor. Belg. libr. X. ad ann. 1601.*



CAPVT VIII.

DE SPECIEBVS FEVDORVM.

* * *

§. I.

Proprium. Improprium. Summa feudorum diuisio est, quod aliud sit feudum *proprium*, aliud *improprium*. Haec diuisio est generis non uniuoci, sed analogi in species analogatas, ut logici loquuntur, id est, quarum una perfecte continet essentiam, alia minus. Vid. *Comment. ad I. F. Alam ad rubr.* §. 11. *Proprium* feudum est, quod non tantum essentialia siue substantialia feudi obtinet, ut obligationem ad fidelitatem, sed etiam naturalia (*), ut obligationem ad iusiurandum, ad seruitia militaria, et cetera ea, quae regulariter de iure nouissimo insunt feudo proprio, ita tamen, ut per pacta adiecta, uel iure singulari, salua feudi substantia, abesse possint: breuius: quod regularem feudi naturam obtinet.
Rectum Vocatur etiam feudum *rectum*, II. F 20. *ein recht Lehen*, in litteris inuestiturarum Germani-

(*) Talia praecipue sunt sex: 1) iusiurandum fidelitatis, 2) seruitia, 3) perpetuitas, 4) alienatio sine domini consensu prohibita, 5) transmissio ad heredes, et quidem 6) masculos. Horum si quid abest, feudum dicitur improprium.

manicis (*). Notandum tamen, quod iure feudali Alamannico diuersimode dicatur ein recht Lehen. *Primo*, feudum rectum dicitur simpliciter et perfecte, quod omnia naturalia habet. *Secundo* dicitur secundum quid rectum; idque iterum dupliciter: primo uel respectu *transmissibilitatis*; sic feudum exspectantiae et simultaneae inuestiturae dicuntur feuda recta; *cap. 100.* secundo respectu *possessionis*; ita feudum simultaneae inuestiturae non est feudum rectum, multo minus exspectantiae. *Cap. 104. et 107. in fin.* duplicite

§. II.

Improprium feudum est, quod essentialia quidem feudi habet, adeoque iure feudi censetur, II. F. 48. regularem uero feudi naturam non retinuit, sed ab uno aut altero ex requisitis naturalibus per pacta adiecta, uel per praescriptionem, liberum est et immune, ueluti feudum *francum*, id est, immune a seruitiis; aut feudum cum hac clausula datum, ut *ipse* uasallus scilicet, *et cui is dederit*, habeat, id est, uno uerbo hereditarium. II. F. 48. Porro *regularis* siue usitata consuetudo uel natura non referenda est solum aut praecipue ad usus Langobardicos, sed ad usus proprios, utpote Germaniae, Galliae, et aliarum prouinciarum, quod recte obseruat MOLINAEVS, *ad con-* Improprium. Natura feudi quae li-

(*) In his uero feudum rectum semper pro proprio accipitur; et hinc doctores iuris feudalis inde colligunt regulam: *quoties alicui inuestitura datur formula feudi recti, toties feudum tam diu praesumitur proprium, donec probetur contrarium.*

consuet. Parisiens. ad rubr. n. 117. quem taxat BITSCHIVS in *Prooemio, pag 15.* putans praesumi pro iure feudali Langobardico (*) in Germania quoque, nisi quid postea contraria consuetudine uel lege praeceptum probetur. Quod ipsum de nouo iure utique uerum est; sed de eo non est quaestio, uerum de ueteri iure, deque consuetudine feudali per curias Germaniae recepta, quae per subsidiariam iuris Langobardici admissionem non fuit abrogata.

§. III.

Regula. De feudo proprio et improprio quoties dubitatio oritur, haec regula est tenenda: feudum in dubio *praesumitur proprium*, non improprium *I. F. 1. et 4 §. 3. seqq.* De speciebus feudi improprii latius tractatur in *iure feudali Alamannico, cap. 100. seqq.* Denique uidetur etiam dari species *intermedia* (**) inter feudum proprium et improprium, sicut generatim inter proprium et improprium me-

(*) Immo tu potius distingue, exstentne consuetudines Germanicae Langobardicis contrariae; an eiusmodi consuetudines non inoleuerint. Priore casu praesumtio est pro moribus patriis, posteriore pro iure Langobardico, tamquam iure subsidiario. Luculenter hoc demonstrarunt SCHILTER. in *praefat. ad I. F. Alam. §* 2. et 18. et THOMAS. *de praesumt. allodialitat. §. 36.*

(**) Eiusdem sententiae est TITIVS im Deutschen Lehen-Recht, *cap. 5. §. 5.* ubi feudum proprium esse ait, quod omnia naturalia habeat; improprium, quod nullum; mixtum denique, ubi quaedam naturalia deficiunt. Sed postea ipse fatetur, feuda impropria hoc sensu uix esse in rerum natura.

medium dari, fcilicet *minus proprium*, uel non improprium, *L. 1. D. de fuis et legit. hered* ut fubtiliter docet ALBERTVS BOLOGNETVS, ICtus Italus, *de lege et aequitate, cap. 3. n. 24.*

§. IIII.

Secundo feudum diuiditur in *nobile*, et *plebeium*. Fundamentum huius diuifionis eft diuerfitas *ordinis perfonarum*, quibus ex primaeua deftinatione, et poffidendi capacitate feudum aliquod conceffum fuit. *Nobile* eft, quod ordini nobilium ex primaeua deftinatione conceffum fuit (*) pro feruitiis militaribus equeftribus, Germanice propterea dicitur Ritter-Lehen, item adelich-Lehen. Atque ueteri iure Francorum et Alamannorum foli nobiles erant capaces feudorum, quod poftea moribus Langobardorum etiam ad plebeios certo modo extenfum fuit. Vid. EGV. BARO in *I F. 7.* Itaque MOLIN. *ad confuet Parifienf. tit. 1. §. 15. n. 4* ait, feuda nobilia non congruere nifi nobilibus, ita ut non poffint adquiri, nec retineri per ignobilem, fed hic poffit *cogi* ad dimittendum et tranf-

H Diuifio in nobile et plebeium.

(*) Hinc plane fallunt aliorum definitiones. Perperam ergo ROSENTHAL. *cap. 2. concl. 2.* exiftimat, feudum nobile annexam habere nobilitatem. perperam etiam alii exiftimant, imperatorem huius modi feudum conferendo perfonam fimul nobilem reddere. Potius nobile uocatur feudum, quodcumque et militiae cauffa datur, et cum immunitate ab operibus publicis feu contributionibus eft coniunctum, ceu eleganter docet HERTIVS, *de feud. nobil. fect. IIII. §. 4.*

transferendum in nobilem, *et si* feudum nobile ab ignobili possideatur, *nobiliter* tamen *possideri*, id est, feudaliter, dum omne feudum dicatur nobile, sed secundum quid, respectu praediorum emphyteuticorum et censualium, quae ignobiliter possideantur secundum BALDVM, *Conf. 353. num. 2* Quae tamen doctrina cum salis grano accipienda; iure enim primaeuo omne feudum fuit nobile secundum praedicta, cum plebeii iure feudali sequiori demum feudorum capaces facti fuerint. Vid. EYBEN in *Elect. feud. cap. 9. § 19. Comment.* nostr. *ad I. F. Alam. ad rubr. § 18. seqq. et ad cap. 1 §. 23.*

Ignobile *Ignobile* itaque feudum est, quod ordini plebeio ab initio destinatum fuit (*), ueluti feudum soldatae. II. F. 10. Hodie **Bürger- oder Bauer-Lehen.**

§. V.

Regula. Regula de feudo nobili est, quod nobilitatem possessori adquirenti non conferat; et uicissim feudum plebeium a nobili possessum non priuat eum nobilitate. Excipe, si ignobilis inuestitur de feudo nobili a domino

(*) Ista feuda plebeia maximam partem nata sunt ex bonis censiticis et emphyteuticis, quibus uetere iure Germanico plerumque inuestitura accessit. Quid uero, si huius modi feuda plebeia adquirat nobilis, an ideo et ipsa nobilia fiunt? Negatur, praeterquam quod huius modi priuilegium sibi uindicant equites ducatus Bremensis, quamuis fiscus id numquam agnouerit. Vid. MEV. *Part. IIII. decis. 106. num. 4.* et *part. III. decis. 181.*

mino fupremo, qui ius nobilitandi habet, quem per indirectum nobilitare eo ipfo intelligitur (*). Vid. MOLINAEVS *ad confuet. Parifienf. tit. 1. §. 15. gloff. 3. n. 4.*

§. VI.

Feudum nobile porro fubdiuiditur in *regale*, et *non regale*. Fundamentum huius diuifionis eft diuerfitas *iurium* feudo inhaerentium, quae a uafallo iure dominii utilis exerceri poffunt. *Regale* eft, quod a rege immediate confertur, et dignitatem, ueluti ducatus, epifcoparus, comitatus, *I. F. 14.* confert, uulgo: Scepter-Lehen, et Fahnen-Lehen (**). Neque per *dignitatem regalem* regia intelligitur, fed *iura regalia maiora*, hoc eft, imperium merum, fiue iuris dictio criminalis, Blut-Bann, poteftas ftatuendi, magiftratus conftituendi, iudicia ordinandi, ius monetandi, ius fifci, ius denique belli et pacis, quae regalia maiora uocantur, et hodie uno nomine *fuperioritatis territorialis*

III. Regale.

Dignitas regalis.

(*) Id non ufque quaque uerum eft, fed tantum obtinet in feudis ecclefiafticis, quibufcum ita coniuncta eft dignitas principalis, ut ea cum ipfo feudo ftatim in praelatum tranfeat. In perfonis faecularibus uero requiritur fingularis actus nobilitandi, et diploma intra tres menfes redimendum fub poena priuationis. Vid. *Capit. Leopold. art.* 45.

(**) De his notandae funt differtationes egregiae, altera BVDERI *de feudo fceptri*, altera GVNDLINGII *de feudo uexilli.* Hodie omnia feuda ecclefiaftica et faecularia indiftincte conferuntur per gladium, ceu obferuauit STRYK. *Exam. iur. feud. cap.* 3. §. 23.

rialis comprehenduntur. Iure Langobardico feudali uasalli feudum regale habentes uocantur *capitanei*, et *ualuasores maiores*, siue barones, itemque domini. Vid. BITSCHIVS, *ad II. F. 10. p 271. I. F. Alam. c. 39. §. 7.* dicitur Fürstenambacht. Fürste heist davon, das im der Kunig das Fürstenambacht und das Lehn mit seiner Hant lihet. Conf. DV FRESNE *Glossar.* uoce: *Principes in Germania.*

§. VII.

Non regale *Non regalia* feuda sunt, quae conferuntur de regalibus minoribus absque dignitate illa regia nobilitati inferiori, ueluti est iurisdictio, ius uenandi, piscandi, uectigalium, angariarum, et parangariarum. Hi dicuntur *ualuasores minores* (*), qui sub se habent ualuasinos, et alios subditos. *Valuasini* proprie isti sunt, qui feuda habent sine iuris dictione, ignobilia, siue burgensia, uulgo: Burger-Lehen. Vid. MOLINAEVS, *ad consuet. Paris. tit 1. §. 15. gloss. 3.*

§. VIII.

Feuda regalia regulariter sunt indiuidua
Regula I. per constitutionem imperialem. *II. F. 55. §. 1. A. B tit. 20.* Vid. *Exercit. ad Pand XX.*
Regula II. *§. 70. seqq.* Secunda regula: feudorum regali-

(*) Sed haec denominatio ad Germaniam plane non pertinet. Apud nos huc referuntur comitatus mediati, dynastiae mediatae, et feuda equestria, die Ritter-Lehen, praeterquam ubi floret nobilitas immediata, quamuis et haec saepe nexu feudali obstricta sit principibus et comitibus imperii.

galium *iudex competens* est is, qui ea concedit, hoc est, summus princeps, *I F. 18. II. F. 34. A. B. tit. 5. Ordinat. camar. imperial. part. II. tit. 7.* nec tamen exclusis paribus curiae (*). Vide rem iudicatam de anno 1189. imperatoris Henrici VI. quam refert DV FRESNE in *Glossario d. l.*

§. VIIII.

Porro feudum est uel *ecclesiasticum*, uel *saeculare*. *Ecclesiasticum*, est, quod in re seu iure ecclesiastico constituitur: *saeculare*, quod in re aut iure saeculari. Fundamentum huius diuisionis est in diuersitate rei in feudum datae, quae est uel iuris ecclesiastici, uel saecularis (**). De *origine* feudorum ecclesiasticorum uid. *Comment. ad l. F. Alam. ad rubr. §. 15.* et *ad cap. 42.* Ecclesiasticum feudum est uel regale, uel non regale. Regale est, quod habet dignitatem regalem, Teutoni- VIIII. Ecclesiasticum Seculare.

(*) Id olim semper factum notimus, quoties de feudo regali quaestio incidit in Germania. Vocari id solebat ein Fürsten-Recht, et tunc ipse imperator, adhibitis principum suffragiis, super feudis decernebat. Exempla habet ITTER. *de feud. imper. cap. 25. §. 10.*

(**) Immo potius fundamentum est finis, ad quem feudum destinatum est, ac proinde ecclesiasticum dicitur destinatum personis ecclesiasticis, e. g. episcopis, praelatis, equitibus sacris: saeculare, quod personis saecularibus. Veritas huius obseruationis uel inde probari potest, quod feudum non mutat hanc naturam, si ecclesiasticum a persona saeculari, uel saeculare a persona ecclesiastica possideatur.

tonice Scepter-Lehen uocatur, quia olim inuestitura sceptro fuit facta. Non regale uocatur Krum-Stabs-Lehen, uel Stifts-Lehen(*). *Saeculare* feudum itidem est uel regale, uel non regale. Regale iterum duplex, feudum principum, uel uexilli, Germ. Fürsten- und Fahnen-Lehen, quorum differentia *d. cap 42.* exposita. Feudum saeculare non regale uocatur simpliciter Ritter-Lehen.

§. X.

Regula. De feudis ecclesiasticis regula iuris feudalis Alamannici est: Krumbstab schleust niemand aus, id est, feudum ecclesiasticum a successione neminem, id est, neutrum sexum, excludit; scilicet feuda pedi seu ecclesiastica *regulariter* esse hereditaria, a quorum successione feminae non excluduntur. Atque hanc regulam parere praesumtionem, et reuoluere onus probandi in aduersarium. Vid. SANDE in *Consuet. feud. pag 65. seqq.* THVMMERMVTH. in *Relatione compromissi feudalis in caussa archiepiscopatus Coloniensis contra nobilitatem Coloniensem.* Ratio adfertur, quod feuda ecclesiastica regulariter sint *oblata*

(*) Haec denominatio potius competit feudis, quae episcopi et praelati aliis etiam saecularibus concedunt. Inde paroemia: unter dem Krumstab ist gut wohnen, de qua singularis exstat KRESSII dissertatio; nec non: Krumstab schliest niemand aus, de qua sequenti paragrapho dicendi locus erit.

oblata ex allodiis (*): ne itaque heredes, saltem descendentes allodiales, excludantur a successione propter oblationem ecclesiae factam, receptum fuisse, ut successio esset hereditaria. Verum enim uero haec cum grano salis accipienda sunt: neque enim oblatio, neque admissio heredum non-feudalium praesumitur, quippe cum utraque facti sit, saltem de iure et usu communi, nisi specialis usus probetur. Vid. *Comment. nostr. ad II. F. 50. c. 2. n. 19. et ad I. F. Alam p. 476.*

§ XI.

De feudis ecclesiasticis habetur textus *I. F. 6.* quo prohiberi uidetur omnis subinfeudatio rerum ecclesiasticarum, secundum communem opinionem: si tamen penitius textus inspiciatur, *tituli* tantum prohibentur infeudari, hoc est, salaria et prouentus ad sustentationem cuiusque clerici destinati (**). Vid. *Comment ad I F. Alam. cap. 30. §. 3.* De eodem feudo ecI F. 6 Subinfeudatio ecclesiasticae rei. Tituli.

 cle-

(*) Enim uero 1) non omnia feuda huius generis sunt oblata, et 2) si uel maxime id ponas, tamen dum semel in feuda oblata sunt allodia, naturam feudorum procul dubio receperunt, adeoque praesumtio est, ea in subsidium in filias non deuolui, nisi probetur, offerentem sibi hanc conditionem diserte stipulatum esse. Vid STRVV. *Syntagm. iur. feud. cap. 3. § 4.*

(**) Tituli initio uocabantur ecclesiae parochiales, ad quas certi presbyteri destinati fuerant et ordinati: postea et bona ecclesiastica ad clericorum istorum sustentationem destinata itidem tituli uocabantur. Praeclare hoc uocabulum exposuit CAR. DV FRESNE, in *Glossar. med. et infim. Lat.* uoce: *titulus, tom. III. pag. 1134.*

II. F. 101. clesiastico habetur textus *II. F. 101.* quod de feudo ecclesiastico nulla sit facienda fidelitas. Vsus huius rei est in contrarium: et ratio uel obscura, uel potius nulla est. Itaque sensus longe uidetur alius, quam uulgo habetur, nimirum hic: fidelitas non est facienda de feudo, quod detinetur ab aliquo alio per ecclesiam. Hic porro, a quo non sit facienda fidelitas, non est possessor feudi, sed is, qui feudum quidem non possidet (*), sed praetendit tamen ius ad rem, uerum ecclesia pro domino feudi se uenditat, et alium uasallum in possessionem misit, qui sine dubio fidelitatem praestitit: sed de eo quaeritur, qui possessionem praetendit, an reneatur fidelitatem praestare ante, quam de possessione certus sit? quod recte negatur.

§. XII.

II. F. 100. De feudo saeculari habetur textus *II. F. 100.* quod imperator electus non possit retinere feudum, ueluti ducatum, quem antea habuit. Ratio huius iuris ponitur in eo, quod imperator nemini fidelitatem facere debeat. Sed haec ratio non uidetur sufficiens, et ueteri iuri tantum consona. Non enim quaestio est, an imperator de ducatu suo iure anteriori adepto, seu quaesito, fidelitatem praestare debeat (**)? de hoc, inquam,

(*) Immo si uerba ipsa consideremus, feudista loquitur de feudo, quod ecclesia ab aliquo possidet, atque, illam ipso iure immunem esse a iureiurando fidalitatis, cum cateri non nisi ex pacto immunitatem habeant. Ita recte CVIAC. in *Comment. ad dict. text. II. F. 101.*

(**) Omnino haec est quaestio, ceu ex ipso textu ad-

quam, non est quaestio, sed an per adquisitionem axiomatis imperialis amittat ducatum, uel aliud feudum? quod per rationem iuris utique negandum est; neque enim capitis deminutio est, neque felonia. Exempla quoque in contrarium sunt Ottonis M. Henricorum, Fridericorum, et aliorum. Et usus hodiernus istud non potest admittere, quia imperatores hodie destituuntur fere bonis coronae et imperii.

§. XIII.

Quinto feudum diuiditur in *antiquum*, et *nouum*. Antiquum porro in paternum, aut etiam maternum, *II. F. 30.* et auitum, quod *auiaticum* quoque uocatur (*). Huius diuisionis fundamentum est modus adquisitionis, qui duplex est, uel per *transmissionem* a patre, matre, aut maioribus, et uocatur Stamm-Lehen; uel per propriam *comparationem* seu adquisitionem, II. F. 3. *pr.* etiam ex parte domini, II. F. 32. ibi: *a domini successore.* Feudum nouum potest con- V. Antiquum. Nouum. Regula 1.

 cedi

paret, Is tamen manifesto non loquitur de ducatu imperii immediato, sed de Italico, et quidem, uti plerique existimant, Hiderundino. Alias exempla exstant, quae docent, imperatores aliquando ducatus ultro dimisisse, simul ac peruenissent ad imperium. Ita fecisse nouimus Ottonem M. et Henricum sanctum.

(*) Doctores iuris feudalis feudum *auiaticum* uocant, quod maiores ultra quartum gradum iam tenuerunt; *paternum*, quod uel a proauo, uel auo, uel patre ad nos profectum est. Vid. STRVV. *cap. 3. §. 2.* Sed cum quae effectu non differunt, ea in iure plane differre non censeantur; otiosa omnino est haec diuisio.

cedi ut antiquum, seu in uim antiqui (*).
2. Antiquum non poreſt alienari ſine conſenſu agnatorum, a primo adquirente deſcendentium, *II. F. 39 pr.* aut alias ſimultanee inueſtitorum. Vid *ſupra de inueſtitura ſimultanea.* Nouum uero feudum poteſt ſine conſenſu agnatotum alienari (**), niſi ſint ſimul-
3. tanee inueſtiri. *II. F. 24 in fin.* Feudum paternum refutatum in fauorem filii, retinet naturam feudi paterni uel antiqui *II. F. 14. I. F. Alam. cap. 69. sequ.*

§. XIIII.

In dubio feudum non praeſumitur antiquum magis, quam nouum, quia utraque adquiſitio eſt facti, adeoque onus probandi incumbit petenti, non ei, qui poſſidet (***), propter commodum poſſeſſionis. *II. F. 11. sequ* Si, qui probare debet, deficiat in probatione, aduerſarius non ſtatim abſoluitur, ſed

(*) Huius conceſſionis effectus eſt, ut et agnati ſuccedere poſſint, cum tamen a primo adquirente non deſcendant, quod alias in feudo nouo fieri nequit.

(**) Praeterquam eo caſu, quando pecunia ex uenditione feudi antiqui redacta nouum adquiritur feudum, et agnati ea lege in alienationem conſenſerint, ut ipſi admittantur ad ſimultaneam inueſtituram. De eo caſu ex inſtituto egit STRVV. *cap. 3. §. 2. num. 6.*

(***) Itaque ſi dominus poſſidet, uaſallus probabit feudum eſſe antiquum; uaſallo poſſidente, dominus probabit feudum eſſe nouum, *II. F. 33. in fin.* neutro poſſidente, alter actionis, alter exceptionis ſuae fundamentum probare tenetur. Quod recte uidit STRYK. *Exam. iur. feud. cap. 3. qu. 21. seqq.*

ſed ad iuſiurandum tenetur (*). *I. F 4. et 12.* Vid. *Comment ad I. F Alam cap 69 ſequ.* Excipe, ſi uaſallus agit contra dominum, qui in poſſeſſione eſt. II. F. 33 §. 2. tunc, ſi uaſallus nihil probat, dominus abſoluitur ſimpliciter ſine iureiurando. Si uero uterque probationem ſuſcipit, et neuter probet, tunc in arbitrio iudicis eſt, utri imponat iuſiurandum. II. F. 11 *in fin.* et 33. *pr.* Ceterum norma arbitrii iudicis exſtat II. F. 15. §. *item*: ut nouitas feudi probationis aut iuriſiurandi onere potius grauetur. Denique datur etiam feudum *mixtum*, ſeu nou-antiquum, quod eſt, quod uaſallus refutat in gratiam eius, qui alias non ſuccederet (**). Tale feudum ex parte uaſalli noui eſt nouum, ſed ex parte agnati manet uetus, quia in eius praeiudicium admiſſio tertii fieri non potuit. II. F. 49. *in fin.* Mixtum.

G 4 §. XV.

(*) Quod tamen hodie omnino ceſſat: nam et in feudalibus ſequimur proceſſum iuris communis, adeoque actore non probante, reus abſoluitur, ceu iam obſeruauit STRYK. *Exam. iur. feud. cap. 25. qu. 12.* et CARPZ. *part. I. conſt. 27. def. 2.*

(**) Idem contingere aiunt iure Langobardico, ſi filius refutet feudum, ac deinde a domino iterum inueſtiatur cum conſenſu agnatorum, tantum ne heres patris fieri, uel aes alienum exſoluere teneatur. *II. F. 45.* Sed iniquam eſſe illam diſpoſitionem, et in fraudem creditorum innectam, merito exiſtimat TITIVS in dem Deutſchen Lehen-Recht, *cap. 5 §. 54.*

§. XV.

VI. Immediatum et mediatum. Sexto feudum aliud est *immediatum*, aliud *mediatum*. Fundamentum huius diuisionis est diuersitas domini directi, qui est uel summus, uel intermedius. Hinc feudum immediatum est, quod immediate sine domino intermedio a domino supremo dependet, Gallis uocatur *plainfief*, feudum planum, uid. DV FRESNE *Glossar.* uoce: *feudum planum*; Germanis uocatur **Reichs-Lehen**, quod immediate dependet ab imperio: mediatum est, quod a domino intermedio dependet, uocatur etiam *subfeudum*, **After-Lehen**, quod iterum duplex est, uel *schriftsassicum* feudum, uel *amtsassicum* (*) feudum, Germ. **Schriftsassen-Lehen**, oder **Cantzley-Lehen**, quod opponitur dem **Amtsässigen**
Regula. **Lehen.** Regula de his habenda haec est, quod uasalli immediati non possint alienari, ut fiant mediati, aut saltem inferioris conditionis domini. Vid. *Comment. ad I. F. Alam. cap. 89.*

§. XVI.

VII. Francum. Septima feudorum species est feudum *francum*, quod et *honoratum* dicitur, **Franck- und Frey-Lehen**, quod liberum siue immune

(*) Differunt haec feuda praecipue ratione iurisdictionis, quam uasalli agnoscere tenentur. Schriftsassii enim subsunt tantum supremo iudicio prouinciae: amtsassii tenentur praefectum iudicem ordinarium agnoscere. Vid. SCHILTER. *Dissertationes de landsassiis, schriftsassiis, et amtsassiis*, quae habentur in *Exercitationibus* eius *ad Pandectas*.

ne est a seruitiis. II. F. 104. Fundamentum eius consistit in pacto adiecto (*), quo mutatur natura et obligatio seruitiorum, non autem fidelitatis, unde essentiam feudi retinet. Aliud autem est feudum *iuris Francici*, quo succedit solus primogenitus, uocatur etiam feudum *quaternatum* (**). Vid. MATTH DE AFFLICT. *in* II. F. *tit. 50 Comment. nostr. ad h. tit.* Hodie *feuda Franciae* et Galliae sunt hereditaria, sed propterea non sunt franca.

Feudi franci et iuris Francici differentia.

§. XVII.

Octauo diuiditur feudum in *ex pacto et prouidentia*, et in feudum *hereditarium*. Feudum ex pacto et prouidentia est nihil aliud, quam primaria species feudi proprii et regularis, qua regulariter succeditur *ex pacto feudali*

VIII. Ex pacto et prouidentia.

(*) Hoc deficiente non sufficit in litteris inuestiturae seruitiorum non fieri mentionem. Seruitia enim naturalia sunt feuda, quae semper praesumuntur adesse, nisi probetur contrarium. Quin si uel maxime probetur, magnam seruitiorum partem remissam esse, nondum tamen ideo fit feudum francum, nisi omnia remissa sint. Vnde franca non esse die sattelfreyen Höfe, recte obseruat RHETIVS, in *Comment. ad ius feud. p. 83.*

(**) Sed id non adeo liquidum est. Rectius obseruat CVIAC. in *Comment ad libr. I. Feudor. cap. 9.* huius modi feuda quaternata potissimum in regno Neapolitano occurrere, idque nomen habere, quod inscribantur quaternionibus *doanae* Talia apud nos sunt feuda salinarum, welche in die Lehen-Tafel eingezeichnet werden müssen: unde quotannis certa diaeta indicitur, quae uocatur die Lehentafel.

dali a ſolis deſcendentibus maſculis (*), quibus ex illo pacto *prouiſum* ac proſpectum intelligitur. Hereditarium. Feudum *hereditarium* aliis etiam *patrimoniale* dicitur. CAROL. MOLIN. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. ad rubr. num. 104.* Erb-Lehen. Germ. hodie Erb-Lehen, quod tamen uocabulum ueteri iure Germanico de oppoſita ſpecie praedicatur. Hoc feudum non recedit ab eſſentia feudi, ſed a natuta et regula ſucceſſionis feudalis, et promiſcue admittit in ſucceſſione et feminas, et collaterales, aliquoties et extraneos, II. F 48. pacto ſcilicet ita expreſſo; Regula. alias *non expreſſa non praeſumuntur*, niſi ex ſpeciali conſuetudine alicuius regni uel prouinciae, ut in Gallia, Sabaudia, et regno Siciliae, ac Neapolitano (**). Gradus. CAROL. MOLIN. *d. l.* Porro dantur gradus feudorum hereditariorum pro pactorum diuerſitate. 1. ut maſculi quicumque. 1) Datur pactum de ſucceſſione maſculorum ciuili aſcendentium et collateralium; cuius pacti formula habetur: *Titio et*

(*) In hiſce enim feudis non admittuntur, niſi qui a primo adquirente deſcendunt: cum in hereditariis admittantur omnes gradu proximi, ſiue a primo adquirente ſint, ſiue non.

(**) Immo et in regno Burgundico, in quo feuda ita ſunt hereditaria, ut et feminae admittantur in ſubſidium, modo adhuc in capillis ſint. Luculenter hoc demonſtrauit GVNDLINGIVS in der hiſtoriſchen Nachricht von der Graffſchafft Neufchatel und Valangin. Fallitur ergo BESOLD. in *Theſ. pract.* ſub uoce: Lehen, *pag. 546.* dum in dubio feuda hereditaria praeſumi exiſtimat, cum tamen naturalia ſemper praeſumantur, non quae a natura feudorum recedunt.

et quibuscumque heredibus feudum collatum est (*). Qua formula solent intelligi heredes etiam non feudales, *masculi* tamen.
Secundus gradus est, si pactum fit de *feminarum* quoque successione, quod iterum 2. etiam feminae
dupliciter fieri potest: 1) regulariter deficientibus masculis, I F. 6. 2) cum masculis eodem tempore. II F. 104. Atque hactenus succeditur ab intestato in feudo hereditario. 3) Etiam pactum fieri potest de 3.
iure testandi (**), et successione testamentaria, etiam extraneorum, sine speciali consensu domini. 4) Vlterius pactum adiici 4.
potest de alienatione feudi *inter uiuos*, sine consensu domini, tamquam rei allodialis (***).
For-

(*) Sed hanc formulam non sufficere ad feudum huius modi hereditarium inducendum, recte uidit HARTM. PISTOR. *libr. II. qu. 1. num. 41.* uerba enim intelligenda esse pro substrata materia, nemo dubitat. Ergo ubi in litteris inuestiturae mentio fit heredum, merito intelliguntur heredes feudales. Ergo potius utendum est formula: vor ihn und alle seine Erben, so wohl in ab- und aufsteigender, als der Seiten-Linie.

(**) Et tunc exheredationi quoque liberorum locus est, modo illa fiat ex iusta caussa in legibus expressa, quia alias locus foret querelae inofficiosi testamenti. Quin et sine exheredatione excludere quis potest filium, modo ex reliquis bonis saluam habeant legitimam,

(***) Scribere uoluit auctor: *perinde* ac allodialis. Feudum enim huius modi hereditarium non ideo fit allodium: manet enim fidelitas, manet inuestitura, manent seruitia militaria, quin et spes aperturae, quantumuis incertissima. Id recte obserua-

Formula huius traditur: *Titio feudum et cui dederit.* II. F. *26 § 23. et* II. F. 48. Conferatur SANDE *ad consuet. feud. tract. I. tit. 3. cap. 2. pag. 127. seqq.*

§. XVIII.

VIIII. Masculinum et femininum.

Nona feudi diuisio est in *masculinum* et *femininum.* Masculinum est feudum proprium et regulare; femineum feudum est, quod transmissibile est ad heredes feminas(**), sed masculis non exstantibus, si quidem feminis ET masculis successio concessa. *I. F. 6. §. 1. et I. F. 8. §. 1. uers. filia. I. F. 15. I. F. 24. et* II. F. *30. et 50.* Vid. ARDIZZO in *Summa feudali, pag. 151.* SANDE *ad consuet. feud. pag. 71. et 83.* In feudo femineo uxor si succedit, maritus pro uxore fidelitatem et seruitia praestat. ARDIZZO, *pag. 150.* Vid I. F. *Alam. cap. 8. 67. et 103.* Femina semel exclusa per concursum cum masculo, semper et cum descendentibus suis exclusa uidetur: nec potest, quae a suo gradu semel remota fuit, ex alio gradu admitti. I. F. *6. et ibi* BITSCHIVS. ROSENTH *cap. 7. concl. 44.*

mit TITIVS in dem Deutschen Lehen-Recht, *cap. 5. §. 35.*

(*) Immo plura sunt feudorum femininorum genera. Ita enim uocantur 1) feuda, quae feminae primum adquisiuerunt, ueluti *II F. 30. et 50.* feuda in quae feminae solae succedunt, ueluti quae destinata sunt abbatissis, praepositissis, et similibus feminis religiosis, 3) feuda, in quae feminae succedunt cum masculis, ac denique 4) in quae succedunt masculis deficientibus.

44. et 97. GYLLMANNVS, *tom.* II *part. 1. uoto 21.* Dissentit SANDE(*) *tract.* I. *tit. 3. cap. 1.* §. *7. n. 77. pag. 98.* per textum II. F. *17. sequ.* Vid. *Responsum facultatis Argentoratensis*, adiectum *Commentario iuris feudalis Alamannici, pag. 490.* Vicissim femina, semel admissa ad feudum, non tenetur restituere masculo postea naro, nisi aute conceptus fuerit, per rationem iuris ciuilis, *L. 4. D. quand. de legat.* et *L. 5. D. ad leg. Falcid.* at ea mortua tunc praefertur masculus filiabus. II. F. 17. et 51. § *similiter.* HARTM. PISTORIS, *libr.* II. *quaest. 35. n. 17. sequ.* excipe casum II. F. *18. et 104.* §. *2.*

§. XVIIII.

Feminei feudi species est *feudum Fuldense*, qua feminae succedunr in linea recta post masculos; in collaterali simul cum masculis(**). De hac specie singulari uid COCCEIVS *de feudo Fuldensi.* Feudum Fuldense.

§. XXV.

(*) Immo haec sententia hodie plerisqua accuratioribus ICtis probatur, in primis VVLTEIO, *de feud. libr. I cap. 9. num. 80.* CARPZOV. *part. III. constit. 28. def. 15* ac denique STRVV. *cap. 9* §. *8 num. 67.* Nam 1 femina numquam iuri suo renunciauit, 2) dissentientibus fauet textus *II. F. 17* cum in textu obstante *I. F. 6* nihil dicatur aliud, quam masculo semel succedente feminam ulterius non admitti, nempe una cum masculis.

(**) Breuiter, sed admodum perspicue naturam feudorum Fuldensium expressit ipse abbas in litteris ad caesarem, quae habentur apud COCCEI. *de feud. Fuldens. cap. 10.* dum ait: in linea recta masculos feminis praeferri, in collaterali utros-

§. XX.

X. Tutelare feudum. Angefäll. Pupillare.

Inter feuda impropria est feudum *tutelare*, Vormundschafts Lehen, quod dominus habet iure tutelae, uel etiam agnatus eodem iure, uocatur Angefäll. I F *Alam. cap. 40. et 55.* Feudo tutelari affine est feudum *pupillare*, Germ. Kind-Lehen (*), quamdiu dominus et uasallus sunt in aetate pupillari, de quo habetur regula I F *Alamann. cap 105. sequ.* Confer etiam *cap. 48.* SANDE *pag. 168.*

§ XXI.

XI. Pecuniae

Feudum *pecuniae* uel alterius rei fungibilis, quae usu consumitur, ad feuda impropria (**) refertur, quatenus recedit a communi feudi natura, quod alias regulariter in re immobili uel fundo feudali constituatur. Sed

que pares esse; in ceteris haec feuda nihil differre a feudis iuris communis. Non tamen cum his confundenda sunt feuda, quibus quis inuestitur zum rechten Fuldischen Mann-Lehen: nam et tunc quidem succedunt feminae, sed non nisi deficientibus omnibus masculis. Vid. COCCEI. *ibid.* §. 29.

(*) Tale fuit feudum tutelae fructuariae, quod dominus extraneo cuidam concessit, ita, ut quoad pubes fuerit uasallus, tutor omnes praedii fructus lucretur. Exempla huius tutelae pupillaris exstant in LVDEWIG. *Reliqu. MStor. tom. II p. 220.* et *tom. VII. pag 115.*

(**) Quae sententia non potuit non sese probare auctori, qui existimat, dominium utile esse inter feudi naturalia, quod tamen refutauimus supra ad *cap. 3. §. 2. pag. 29. 30.*

Sed quemadmodum quasi usus fructus per SCtum constituitur in rebus fungibilibus: ita etiam feudi constitutio in iisdem recepta fuit. Notandum tamen est, quod pro subiecto adaequato huius feudi non habeantur nummi, qui utique consumuntur usu, sed *quantitas* et sors una cum *cautione hypothecaria* (*). II. F. 25. Ab hac specie differre feudum annuae praestationis, expositum est in *Commentario ad* I. F. *Alam. cap* 14.

§. XXII.

Porro feudum diuiditur, quod uel *in curte*, uel *extra curtem* situm sit. In his explicandis uarii sunt interpretes. Sunt, 1) qui uocabulum curtis per *iuris dictionem* explicant; sed hi refutantur ex I. F. 5 § 1. *in fin.* ubi dominus feudi extra curtem dicitur habere districtum in isto feudo; quod intelligunt ipsi de iuris dictione 2) Alii restringunt feuda de *camara et cauena*, (rectius dicitur *caneua*); sed et hi refutantur a STRVVIO, *cap.* 4. *de feud. aph.* 8. *n.* 5 3) Alii per curtem intelligunt *territorium*; ita ZASIVS, et BOCERVS, sed et hos refutauit idem STRVVIVS, *d. l. n.* 7. Reliquum itaque est, ut ex ui uocis et propria significatione rem ex- XII. In curte.

(*) Id est, dominus directus cautione huius modi securum praestat uasallum, eiusque posteros, usuras quotannis ex camara sua solutum iri Exempla huius modi uidebis apud SAND. in *Comment. in Geldr. et Zutphan. consuet. feudal. tract. I. tit.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. *sequ.* et apud RYMER. *Foeder. Anglic. tom. I. num.* 1.

explicemus. *Curtis* autem uocabulum nihil aliud significat scriptoribus mediae Latinitatis, quam *curiam* (*); plures porro curias feudales unus dominus utique habere potest. Regulariter itaque omne feudum est de curte siue curia domini, ad certum iudicium parium pertinens. Potest porro fieri, ut habeat dominus aliquod feudum adquisitum extra curias suas, quod nondum certae curiae assignauit; atque hoc est, quod dicitur extra curtem, I. F. 5. II. F. 51. *pr. et 16.* Ceteroquin feudum extra curtem retinet integram feudi naturam, nec propterea est improprium feudum.

§. XXIII.

Alia feudi diuisio est in *ligium*, et *non ligium*. Fundamentum eius est hoc, quia regu-
XIII. Ligium. lariter uasallus potest plura feuda habere a dominis diuersis, quorum cuilibet ad seruitia tenetur. Excipe, si per pactum adiectum feudum constituatur ligium, et uasallus ligius, siue, ut a scriptoribus infimae aetatis uocatur, *ledgius*, et *legius*, a uernaculo **ledig-Lehen** et **ledig-Mann**. Eo pacto hoc agitur, ut uni soli domino uasallus seruiat contra

(*) Et haec genuina est huius uocabuli significatio, quae hic locum habet. Luculenter id probari potest ex *I. F. 18* ubi occurrit *iudex curtis*. Ceterum inter feuda intra et extra curtem nihil est discriminis, quam quod, si de istis nascitur controuersia, pares curiae ex eadem curte adhiberi debeant, quod in feudis extra curtem non est necessarium.

tra omnes (*). II F. 52. §. 2. et *tit. 99.* Haec feudi species ligii propriam naturam in omnibus retinet. CAROL. MOLIN. *in consuet Paris. tit. 1. ad rubr in fin* ait: *feudi ligii qualitas non est differentia specifica, quia non est aliud, quam arctius uinculum.* Differentia tamen ea est, quod obligetur uasallus ligius, aliud feudum sibi forte delatum non acceptare, nisi consentiat dominus (**), ut per substitutum acceptabilem seruiat. II. F. 99. et 52. §. 2. SANDE *ad consuet. feud. tract.* II *tit.* 1. *cap.* 2. *num* 7 *pag.* 168. *Comment. ad* I. F. *Alam. ad rubr.* §. 16.

§. XXIIII.

Diuidunt quoque feudum in *emtum*, et *non emtum*; sed et haec diuisio non afficit feudi substantiam. Retinet enim feudum emtum propriam feudi naturam, etiam quatenus emtum est, nec pretium interueniens alterat naturam feudi; praesertim cum pretium priori possessori, id est, uenditori magis, quam domino, solui soleat. I F 20. II. F. 12. et 23. Differentia quidem uidetur quaedam XIII. Emtum.

(*) Semper tamen excipitur imperator, qui disertis uerbis excipiendus est dominus superior et dominus antiquior, *II. F. 7.* et *55.* alias nec pater, nec filii, nec fratres excipiuntur. *II F. 28.*

(**) Merito tamen excipiendus est casus, ubi alicui defertur successio in feudo, quam sibi delatum iri uel nesciuit, uel non sperauit. Tunc enim dominus impedire non potest, quo minus hoc feudum acceptet, et per substitutum seruiat. *II. F. 99.* et *52. §. penult.*

dam esse in eo saltem casu, quando pretium domino soluitur; tunc enim non uidetur talis esse respectus(*), quasi mere propter seruitia feudum concessum sit, sed immo propter pretium. Verum par ratio est nihilo minus, quoniam seruitia in tali casu semper per adaerationem deducuntur. SANDE *ad consuet. feud. tract. I. tit. 3. cap. 1. §. 7. num. 32. pag. 76.*

§. XXV.

XV. Pignoratitium. Feudum *pignoratitium*, Pfand-Lehen, duplex est, uel cum inuestitura creditoris, uel sine inuestitura(**) In feudo pignoratitio sine inuestitura non dominium utile transfertur in creditorem, sed sola fructuum perceptio. Vid *Praxis analytica, part. III. pag. 293.* Feudum uero pignoratitium cum inuestitura, quod pignus *infeudatum* uocatur,

(*) Immo uel maxime uidetur. res enim regulariter ad emtorem transit cum suo onere, adeoque et feudum cum seruitiis suis. Id uero notandum, feudum emtum regulariter non deuolui ad agnatos, nisi simultaneam impetrarint inuestituram, sed tantum ad posteros primi adquirentis, uel emtoris.

(**) Immo tunc non est feudum pignoratitium, sed oppignoratum tantum. Differentia in eo consistit, 1) quod in pignoratitio creditor consequitur dominium utile; in oppignorato ius hypothecae tantum, 2) quod in pignoratitio omnes fructus consequitur; in opignorato fructus non debent modum usurarum excedere, 3) quod in pignoratitio uasallus ius suum alienare nequit; in oppignorato ius suum cuilibet cedere potest. Conf. STRYK, *Exam. iur. feud. cap. 4. §. 15. 16.*

tur, transfert per inuestituram dominium utile in creditorem, et eius heredes feudales; in eoque tria concurrunt, contractus principalis, accessorius hypothecae, et inuestitura siue translatio dominii reuocabilis. Recedit itaque pignus infeudatum a natura feudi et a regula de transferendo dominio utili irreuocabiliter, per pactum reluendi et reuocando dominio utili subordinato, recuperandaque possessione *I. F n. I. F Alam. cap. 26. 56. 98 et 100.* SANDE *ad consuet. feud. tract. l. tit. 3. cap. 1. § 1 n 38. pag. 57.*

§. XXVI.

XVI Fiduciarium.

Feudum *fiduciarium* (*) a pignore infeudato differt in eo, quod non requirat contractum aliquem praecedentem principalem et accessorium, sed solum pactum de restituendo feudo ad domini reuocationem. Vid. *Comment. ad I. F. Alam cap 97.*

§. XXVII

XVI Censuale.

Feudum *censuale* est, quod loco seruitiorum militarium (**) censum praestat. Recedit

(*) Feudum fiduciarium est ea conditione datum, ut uel quandocumque reuocante domino, uel elapso certo tempore domino restituatur. In *I F. S. cap. 29,* uocatur Lehen auf Treue; in aliis antiquis monimentis *reddibile* seu *receptibile.* Exempla dabit CAR. DV FRESNE in *Glossar.* sub hisce uocibus

(**) Non ergo confundendum est hoc feudum cum propriis, quorum possessores militeria seruitia pecunia redimunt, (id quod uocatur *adaeratio,* itemque *adoba,* die Herren-Steuer): feudum enim censuale plane non debet seruitia militaria;

cedit itaque a regula et natura feudi in eo tantum, quod praestationem annuam loco seruitiorum promittit. Ceteroquin retinet essentiam et reliquam feudi naturam, inprimis uero fidelitatis praestationem, qua ipsa ab emphyteusi differt. Scilicet 1) fundus pro censu conceditur uel simpliciter, non reseruato dominio directo, et sine inuestitura, et sine laudemio Ita iure Romano *ager uectigalis* concedebatur possessoribus, uocatur *fundus censualis*, bonum censiticum allodiale, **schlecht Zins-Gut, kein Zins-Lehen.** Vel 2) conceditur pro censu, reseruato dominio directo, et dicitur *feudum censuale*, et fundus feudalis censualis; cuius concessio iterum dupliciter fieri potest 1) cum uel sine *laudemio*: cum laudemio si conceditur, uocatur **Ehrschätzig Zins-Lehen,** 2) uel cum *fidelitate*, uel sine fidelitate praestanda: si cum fidelitatis praestatione conceditur, dicitur feudum censuale proprie (*) et κατ' ἐξοχὴν, **zinsbar-Lehen, steuerbar**

ubicumque uero adaeratio exigitur, supponendum est, huius modi militaria seruitia deberi Vid. LVEDEKE *de adaeratione seruitiorum militarium.*

(*) Tunc quaeri solet, an non praestito censu feudum amittatur? Plerumque distinguunt, praestandusne sit census loco seruitiorum, an in agnitionem domini, docentque, priore casu uasallum ob non solutum censum statim posse priuari feudo, posteriore tantum eo casu, si per triennium cessarit. Vid. STRVV. *cap. 15. §. 9. num. 2.* Enim uero cum in feudo censuali census semper sit loco seruitiorum, certissimum etiam est, semper committi feloniam, si census non praestetur.

erbar Lehen; si sine fidelitatis praestatione conceditur, dicitur *emphyteusis*, Erb-Zins-Lehen. Vid. *I. F. Alam. cap. 19. sequ. cap. 125. et 148.*

§. XXVIII.

XVII. Iniuratum. Feudum regulariter confertur iurisiurandi feudalis praestatione, de quo supra de inuestitura: datur autem species feudi, quae uocatur feudum *iniuratum*, quod recedit ab ista regula, et eo pacto adquiritur, ut sine iureiurando fidelitatis habeatur(*), II. F. *3. in fin.* nec tamen sine fidelitatis nuda promissione.

§. XXVIIII.

XVIII. Conditionatum. Porro diuiduntur feuda in *conditionata*, et *non conditionata*. Conditionata dicuntur, quae a *regulari* seruitiorum *militarium* expeditoriorum obligatione recedunt(**), et alia certa et determinata seruitia debent. Vid. II. F. 2. §. 2. item *tit. 7. et 89. I. F. Alam. cap. 113. seqq.* Species feudi conditionati

sunt

(*) Siue id ab initio in ipsa feudali constitutione sibi stipulatus sit uasallus, siue postea dominus uasallo ob maiorem dignitatem et honoris caussa iusiurandum remiserit. Exemplum huius modi habes apud STRYK. *Exam. iur feud. adpend. pag. 522. seqq.*

(**) Non ergo sufficit ad descriptionem feudorum conditionatorum, ut ex iis seruitia determinata deberi dicamus, quia eadem debentur etiam ex feudis non conditionatis: sed differentia potius in eo posita est, quod ex non conditionatis praestentur seruitia ordinaria, ex conditionatis alia extraordinaria.

Palatinum. sunt *feuda palatina* (*), Hof-Lehen, quibus uasalli ad seruitia palatina siue aulica obligantur. Castrense. Feudum *castrense*, Burg-Lehen, quo uasallus ad castrum aliquod domini tuendum obligatur. Vid *I. F. Alam cap. 136. sequ.* Aperturae. Item feudum *aperturae* (**), quod loco seruitiorum debet ius aperturae, die Oefnung. Guardiae. Gastaldiae. Et generatim feudum *guardiae* et *gastaldiae* (***) sunt feuda conditionata non tantum ratione seruitiorum, I. F. 2. sed etiam quoad transmissionem ad heredes, quae ipsis denegatur, adeoque a natura feudi hodierni etiam ea in parte recedunt, retenta ueteri natura. Ratio, quia in his diligentia personae maxime electa censetur. Quo etiam Aduocatiae. pertinent feuda *aduocatiae*, Vogtey-Lehen,

(*) Quorum apud Germanos quatuor semper fuerunt, pincernatus, dapiferatus, nec non marechalli, et camararii officia, de quibus accuratissime ex antiquitate Germanica egit celeb. MASCOV. in *Dissert. de archi-officiis S. R. I.*

(**) Id est, ut uasallus semper det receptum domino, quoties id necessitas exigit: unde uocari solet ein Schloß in allen Nöthen, ein offen Haus, eine offene Burg. Nec tamen hoc ius statim inuoluit superioritatem territorialem, ceu contra comitea Ortenburgenses probare uoluerunt Bauari: tale enim ius per pacta sibi inuicem constituere possunt etiam pares, ceu docet exemplum Saxo Hassiacum apud CARPZOV. *de confraternit. Saxo-Hass. thes. 15.*

(***) Feudum guardiae datur ad custodiendum locum aliquem periculosum, (einen Paß); feudum gastaldiae contra plane conuenit hodie cum officio eines Schloß-Hauptmanns; utrumque uero non transit ad heredes, immo saepe non tam fidelitas feudalis, quam officialis praestari solet.

hen, *decaniae*, Zehend-Lehen, et cuiuscumque officii publici iure feudi collati: nam et haec recedunt a natura feudi, ut non transmittantur ad heredes, nisi speciali pacto cautum sit, ut transmittatur, aut saltem non reuocetur, II. F. 27. §. 7. *et tit.* 81. quo pertinent etiam feuda ambachtiae, iuris dictionis, Gerichts-Lehen, Seß-Lehen, Burgermeister-Lehen(*), de quibus uid. *Comment. ad I. F. Alam. cap.* III. 132. *et* 151. Decaniae. Seß-Lehen.

§. XXX.

Eiusdem classis sunt, et ad uitam tantum conceduntur feudum *de camara*, quo certa seruitia praestantur pro praestatione annua ex camara seu fisco domini, *II. F.* 2. §. 1 et *II. F.* 58. *pr. I. F. Alam. cap.* 14. et 102. feudum *de cauena*, ut uulgo dicitur, rectius *de canena*, hoc est, cella penuaria, Küch- oder Keller-Lehen (**), uid. DV FRESNE *Glossar.* de camara. de canena.

 h. u.

(*) Per uocabulum Seß-Lehen STRYK. *Exam. iur. feud. cap.* 4 *qu.* 33. omnia feuda conditionata intelligit: sed SCHANNAT. im Fuldischen Lehen-Hof, *pag.* 19. demonstrauit, Seß-Lehen idem esse, ac feudum Keminatae seu habitationis, wenn einer mit der blossen Wohnung im Hause belehnet wird. Feudi iuris dictionis insigne exemplum praebet Marchia, ubi nota sunt feuda scultetica, (die Schultzen-Lehen), de quibus singularis exstat *dissertatio* CHRIST. WILDVOGELII *de feudo scultetico*

(**) Huius ea natura est, ut si camara uel canena domini sine eiusdem culpa non sit soluendo, nihil debeatur, quamuis, si ad meliorem fortunam peruenerit dominus, et praeterita, et currens pensio peti possit, *II. F.* 58.

Soldaten. Habitationis. Scuti. h. u. feudum *soldatae* (*), *II. F. 10.* feudum *habitationis*, *II. F. 105.* feudum *scuti* uel *scutiferi*, Schild-Lehen, *II. F. 74. I. F. Alam. cap. 101.* Schupf-Lehen. Schupf-Lehen, quod per pactum adiectum non transmissibile sit, ZAS. *de feud. part. XII.*

§. XXXI.

XVIII. Laudemiale. Denique feudum est uel *laudemiale*, uel *non laudemiale*, atque regulariter laudemiale censetur. *Laudemium* autem est, quod et II. F. 12. *in fin.* et V. F. 1. dicitur equis et armis feudum adquirere, quod Belgis dicitur Sadel-Lehen, Germanis uocatur Lehen-Tax (**). Regulariter non descendentes, sed collaterales ad id tenentur (***). Vid. SAND in *Consuet.*

(*) Hoc in eo consistit, quod alieni pro fidelitate et seruitiis quotannis confertur certa pecuniae summa, als ein Gnaden-Geld, idque a feudo de camara in eo differt, quod non modo uasalli, sed et domini morte cessat. Vid. *II. F. 10.*

(**) Ea olim in certis muneribus et donis consistebat, quae uasalli dominis honoris caussa offerebant, e. g. in equo, canibus uenaticis, accipitre, falcone, et similibus. Haec postea certa pecuniae summa aestimari coeperunt, ceu eleganti monimento medii aeui ostendit SIM. uan LEVWEN, in *Cens. for. Belg. part. I. cap. 2. num 4.* In Saxonia quantitas laudemii est 5. uel 10. pro 100. in Marchia 25 imperiales von jedem Ritter-Pferd. Vid. STRYK. *Exam. iur. feud. cap. 17. qu. 28.*

(***) Ita et alibi laudemium tantum praestatur mutato uasallo, alibi etiam mutato domino. Qui ergo ad talem consuetudinem prouocat, quae a regula diuertit, is procul dubio et probationem suscipere tenetur, quae commode expediri potest per libros feudales in curia asseruatos; (durch die Erb- und Lehen-Register), de quibus STRVV. *libr. X. cap. 13. seqq.*

fuet feud. p. 59. 172. CORNELIVS NEOSTADIVS, *de feudis Hollandicis, pag. 30 Comment. ad I F Alam. cap 55. §. 3.* Est tamen, ubi etiam descendentes ad laudemia tenentur, quae Gallice uocantur feuda ad morem Vulquecini Gallici, MOLIN *ad consuet. Paris. tit. 1. § 3.* quam feudorum speciem MOLIN *gloss 6. ad dict. tit. §. 1.* negat esse iuris publici, sed priuati tantum, ita ut etiam iis in locis, ubi iure Francorum uiuitur, tamen hoc ius, tamquam speciale, non praesumatur, sed ab allegante probandum sit,



CAPVT X.
DE IVDICIO FEVDALI

* * *

§. I.

Iuris dictio feudalis.

Exposito iure feudali tam circa personas, quam circa res, et tam in genere, quam speciatim, reliquum est, breuiter docere ordinem, quo in iudicio ista iura exposita persequimur. Ceterum de actionibus, quae domino a uasallo pro iure suo persequendo competunt, non opus est ea repetere, quae suo quaeque loco indicata sunt: neque hactenus ius ciuile et feudale differunt (*). Igitur de iuris dictione feudali et curia seu foro competente uidendum est.

§. II.

Gaudere dominum feudi iuris dictione in caussis feudalibus, certi iuris est, nec solum

(*) Tu rem ita concipe: aut agitur ex feudo promisso, aut ex iam constituto, aut denique ob amissum. Ex feudo promisso nascitur actio personalis, siue ex stipulatu, siue ex emto, siue ex alio quocumque contractu, qui inter dominum et uasallum intercessit, nisi intercesserit inuestitura, quo casu et rei uindicationi locus est. Ex feudo constituto nascuntur actiones reales, rei uindicatio et Publiciana, si alius possidet; praeiudiciales, si uel domino, uel uasallo status controuersia mouetur; confessoria et negatoria, possessoriae, iudicia diuisoria, immo et personalia ad

lum dominum, fed etiam *pares* (*), hoc eft, conuafallos fiue focios eiufdem domus fiue curtis uel curiae. II. F. 16. Hanc iuris di- ctionem feudalem habent dominus et pares ex ufu et *confuetudine* primaeua feudo- rum, quam confirmauit et declarauit lex CONRADI SALICI imperatoris, II. F. 34. et renouarunt LOTHARIVS et FRIDE- RICVS imperatores, nec et hodie parium ufus ceffat. Vid. *Comment. ad I. F. Alam. cap. 10 §. 2. et cap. 90.* Eft itaque haec iuris dictio *ordinaria* non prorogata, fed non omnimoda, uerum fpecialis, et ad cauffas feudales reftricta (**); ficuti cauffae ecclefia- fticae, matrimoniales, pupillares, militares, emphyteuticae, aliaeque ab fauorem fuum peculiaria fora meruerunt Sicut et IVSTINI- ANVS *Nou. LXXX. cap. 3.* fancit, agricolarum dominos iudices effe debere, ut litigantes libe-

Pares curiae.

Iurisdictio ordinaria restricta.

praeftationes feudales confequendas. Denique ob amiffum feudum agitur uel actione in factum, uel condictione ex lege.

(*) Attamen non femper utrique iudicum officio funguntur. Si enim domino ipfi lis eft cum ua- fallo, ita dicunt foli pares curiae; fin inter duos uafallos controuerfia feudalis oritur, tunc, fi feu- dum nobile fit, folus dominus; fin ignobile, do- minus cum paribus curiae iudicio feudali praefi- det. Rem accuratiffime expofuit STRVV. in *Syntagm. iur. feud. cap. 16. §. 4. 5. 6.*

(**) Reliquae enim cauffae, fiue iua in re, fiue iua ad rem concernant, coram iudice ordinario tra- ctandae funt, cuius iuris dictio et tunc fundata eft, fi dominus pares curtae non habeat, et inter iftum tamen et uafallos lis quaedam oriatur. Vid. STRVV. *cap. 16. §. 7.*

liberent. CAROL. MOLIN. *ad consuet. Paris. tit. 1 §. 3. gloss 3. n. 8.* Quare iuris dictio feudalis non potest dici prorogata ex consensu domini et parium. COCCEI. *Hypomn. feud. tit. 13. § 4.* Prorogatio enim non potest fieri in praeiudicium iudicis ordinarii, generalis siue territorialis (*); at iuris dictio feudalis competit domino feudi, etiam inscio et inuito iudice territoriali, qui iudex *prouincialis*, Land-Richter, *iure feudali Alamannico* et *Saxonico* adpellatur. Vid. *Comment. ad I. F. Alani cap. 18. §. 4. et 44.*

§. III.

Extenditur haec domini et parium iuris dictio etiam ad iudicia et remedia possessoria. *I. F. Alani cap. 10 §. 2 et ult.* neque enim constitutiones imperatorum hic distinguunt. Allegatur tamen *Ord. camar. imperial. part. II tit 7.* in uerbis: gänzlich und endlich (**): sed

(*) Accedit, 1) quod prorogatio iuris dictionis non potest fieri in perpetuum, cum tamen iuris dictio domini et parium in uasallos perpetua sit; 2) quod prorogatio iuris dictionis non impedit, quo minus iudex maneat incompetens, cum tamen dominus et pares pro iudicibus competentibus semper habeantur. Id tamen obseruandum, exsequutionem aduersus dominum non competere paribus, sed fieri per superiorem a paribus requisitam. Vid. *II. F. 22. in fin.*

(**) Haec uerba nihil aliud notant, quam sententiam definitiuam; tales uero definitiuae non modo in petitorio feruntur, uerum etiam in possessorio, da die Possess einem gänzlich und endlich abgesprochen wird. Ita hunc locum uexatissimum solide ac eleganter interpretatus est DOMINIC. ARVM. *Discurs. III. ad A. B. cap. 42.*

sed uid. STRVV. *cap. ult.* §. 4. *in fin.* ITTERVM, *de feudis imperii, cap.* 25. §. 5. *sequ.* qui etiam caussae continentiam inprimis urgent. Addo ego, istum textum repetitum fuisse a CAROLO. V. ex *Ordinatione Regimenti Wormatiae anno* 1521. §. 7. cuius intentio quae fuerit, alias constat. Porro de lite in possessorio etiam summariissimo utique uerum est, quod talis sit caussa, qua id intenditur, ut res litigiosa alteri parti totaliter et definitiue adiudicari debeat; non obstante, quod in possessorio quoad possessionem, in petitorio etiam quoad dominium adiudicatio fiat Ergo talis caussa exemta est a iuris dictione camarae, et imperatori reseruata. Denique textus iste solam camaram attingit: igitur quoad reliquas omnes curias feudales saltem, ius integrum manet.

§. IIII.

Neque uero soli *imperatori*, feudi domino, haec iuris dictio competit, sed una *cum principibus* imperii, ut paribus curiae At que non tantum in feudalibus, sed etiam in allodialibus caussis obstrictus fuit rex Germaniae et imperator ad commune principum consilium, statim in primordio regni Germaniae per *Capitulationum Confluentinam, cap.* 10 ibi *nullum damnabimus aut dehonestabimus contra legem et iustitiam; sed illorum fidelium* (Reichs-Fürsten) *communi consilio assensum praebebimus*. Itaque Fridericus I imperator litem de ducatu Boiariae siue Baiwariae consilio principum adhibito Fürsten-Recht.

de-

decidit, ut refert OTTO FRISING. *de gest. Frideric. I libr. II. cap. 32.* Henricus VII. imp. *supra cap. praeced.* § 8. et Sigismundus imperator, aliique. Idemque intendit *pax Westphalica, Art. 5. §. 55. Capitulatio* LEOPOLDI imper. *art. 39.* ut praeter senatum aulicum hodieque principes adhiberi fas sit (*). Atque hoc speciatim uocatur das Fürsten-Recht, quod satis fundamenti habet in legibusimperii fundamentalibus, de quo alias plura. Vid. interim BITSCHIVM *I. F. 8.* ITTERVM, *de feud. imperii, cap. 25. §. 8. sequ.*

§. V.

Pares et inuiti. Porro pares etiam *inuiti* ad iudicandum obligati sunt, uigore homagii semel praestiti, et per textum *iuris feudalis Alamannici, cap. 9. 115.* et *120.*(**) quidquid dissentiant doctores Itali. Vid. *Comment. ad dict. cap. 120.* §. 1. Igitur multo magis et partes litigantes, reus inprimis, etiam inuitus, comparere tenentur ui

(*) Ad istud principum iudicium semper prouocarunt possessores prouinciarum Cliuensium et Iuliacensium, qui ideo exceptionibus fori declinatoriis semper usi sunt, quod existimarunt, caussam esse ita comparatam, ut decidenda sit vor einem Fürsten-Recht. Demum *Capitulat.* CAROLI VI. imp. *art. 2.* et *20.* cautum est, ut, quoties uel de banno imperii in aliquem pronunciando, uel de priuatione feudi uexilli quid incidat, imperator in consilium adhibeat electores, principes, et status imperii, quod, an per modum consilii fiat, an suffragium decisiuum habeant, adhuc quaeritur.

(**) Cui similis est alter textus *iur. feud. Sax. art. 65.*

ui iuris dictionis feudalis. Ceterum absque praeuia citatione alter alterum inuitum in ius trahere nequit. *II. F. 46* (*). Vid. *Comm. ad I. F. Alam. cap. 90.* ubi uerior ratio reddita, quam uulgaris, qua litigantes in illo casu dicuntur negare, se esse uasallos, nec in illa curia habere pares; altera enim pars, a qua uindicatur feudum, necesse est, ut id possideat, alias uindicatio non haberet locum: igitur si possidet, possessor utique ait, se esse uasallum illius domini, et actor proinde id forum sequi tenetur. Frustra igitur dissentiunt alii; neque differentia est inter ius uetus et nouum.

§. VI.

Ampliatur haec regula, quod dominus et pares sint iudices etiam in caussa inter dominum et uasallum, quo tamen casu dominus tenetur uicarium sibi substituere, uulgo **Lehen-Probst** (**), uasallo non suspectum.

I. F.

(*) Quando in hoc textu dicitur, alterum per se non posse alterum trahere ad curiae iudicium, id intelligendum est de in ius uocatione, quae priuata auctoritate fit, quippe quae hodie non amplius obtinet. Aliud ergo est, quod de citatione in hoc textu docetur, dum sub finem uerba occurrunt: *eos curia uocante, non licebit eorum alicui eius curiae iudicium declinare.* Ceterum ter olim citandus erat reus, et quidem singulis 14 diebus. Vid. *II. F. 22. pr.* et *24. §. 1.*

(**) At hic non tam dominum repraesentat, quam praesidem iudicii agit. Immo et ipse plerumque ex paribus curiae eligebatur, uel, si extraneus magis placeret, iste nec domino, nec uasallis, suspectus esse debebat. Vid. SCHILTER, *Comment. ad I. F. Alam. cap. 120. §. 1.*

I. F. Alam. cap. 120. §. 1. *I. F.* 23. *II. F.* 16. et 22.

§. VII.

Exceptio. Limitatur regula superior, et dominus feudi illius, de quo controuertitur, non est iudex competens, sed *dominus superior feudi*, uulgo Ober-Lehen-Herr, aut, si talis non existit, *iudex prouincialis* siue *ordinarius*, scilicet 1. tum, si pares non habet tot, quot requiruntur ad caussae decisionem, duodecim, uel ad minimum septem (*). *I. F. Alam. cap.* 88. II. *F.* 16. ibi: *si tamen pares habet.*

§. VIII.

2. Deinde limitatur haec regula, si dominus una cum paribus sunt suspecti, II. F. 15. FINCKELTH. *Disput. feud. XI.* §. 17. quo etiam spectant quatuor casus, quos refert I. F. *Alam. cap.* 90. de ui ablatiua, de inuestitura denegata, de denegata iustitia aut paragio (**), et de dolose intercepto uasallagio (***).

Quodsi

(*) Immo *iure Alamannica* semper duodecim requiruntur, quamuis septem suffragia patiora uincant: at *I. F. S. art.* 65. septem pares sufficere existimat ad constituendum iudicium feudale

(**) Dominus denegare dicitur paragium, quoties uasallo dubiam reddit dignitatem paris curiae, eque adeo quaestionem status mouet. Ita enim hunc locum eleganter explicat CVIAC. in *Comment. ad II. F.* 10.

(***) Differt ergo hic quartus casus a primo, quod in primo supponitur uis, in quarto dolus malus, quamuis cautum hic esse deceat uasallum, ne domino dolum imputando feloniam committat, et feudo iure priuetur. Vid. SCHILTER. *Comment. ad I. F. Alam. pag.* 362.

Quodsi uero solus dominus est suspectus, tunc pares iudicant, ut supra in § 6. quemadmodum etiam tunc, si dominus negat aliquem uasallum esse. II. F. *20.* et *39.* § *1.*

§. VIIII.

Excipiunt quoque VVLTEIVS, et alii, si de feudo promisso, hoc est, exspectatiuo agatur, sed contra ius nostrum feudale (*), *cap. 13.* §. *2.*

§. X.

Iure feudali probatio actoris siue petitoris est, quae fit per testes, et instrumenta, uulgo Lehen-Brief (**); rei est defensio, hoc est, purgatio per iusiurandum cum sacramentalibus *I. F 4.* § *2. I F 10. et 26.* § *1. II. F. 2.* § *1 et 33 pr* Regulariter in caussis feudalibus probatio petitoris est, et in possessorio momentaneo etiam possessoris, eaque per testes, qui pares esse debent (***) I F. 10. et *26 pr.* II F. 58. §. 3. *I. F. Alam cap. 10 et ibi* Probatio iuris feudalis.

Com-

(*) Quamuis enim ex hoc pateat, eum, cui feudi exspectantia data est, posse propria auctoritate feudum occupare, id tamen non impedit, quo minus saltim petitorium coram curia feudali ad liquidum perduci debeat.

(**) Quid si uero literae inuestiturae nouiores ab antiquioribus discrepent? tunc standum esse antiquioribus, recte monet textus *II. F. 2* Quum enim omnis mutatio facti, adeoque probanda sit, non potest non pro antiquioribus praesumtio militare.

(*** Simulque habiles, quales non sunt iure feudali mulieres, per textum *II. F. 30. fin.* Illu-

I

Comment. § *6.* In defectu parium testes etiam extranei admittuntur II. F. *2. pr. et tit. 33. I. F. 26 pr. Comment. ad I. F. Alam. ad dict. cap. 10.* §. *7.* Testium *numerus* uariat pro diuersitate caussarum Regulariter duo uel tres requiruntur, I. F. 26. §. 1. II. F. 27. §. 2. *I. F. Alam. cap. 28 et 68.* §. *4.* at felonia probanda est per quinque testes, II. F. 57. crimen incendii per septem (*) testes, V. F. 10. §. 6. alias requiruntur etiam decem, duodecim, uiginti, triginta, et plures. Vid. *Du* FRESNE *Glossar.* uoce: *iuramentum.* Idem obtinet in defensione siue purgatione rei, II. F. 27. §. 3. ubi septem requiruntur, alias duodecim, et plures, idque dicitur *met-tertium se defendere*, uel *tertia manu*, atque hi dicuntur *sacramentales*, *iuratores*, *coniuratores*, purgatores. I. F. 4. § 2. II. F. *33. pr. et tit. 41 Gloss* Weichbild *ad art. 96. Ord. cam. part. II. tit. 10.* GAIL. *de pace publ. libr. II. cap. 7.* BITSCHIVS *ad* II. F. 33 *Exercit.* nostr. *ad Pandect. XXIII* §. *6.* Atque istud

strem tamen feminam excipiendam esse, plerique existimant, inprimis ANTON *Disput. feud. XV. thes. 5.* et RITTERSHVS. *Partit. iur. feud. libr. II. cap. 3 qu 3.*

(*) Hic testium numerus et in aliis iudiciis Germ. obseruabatur. Vnde actum delationis huius modi iurisiurandi uocabant besiebnen. Vid. THOMAS. *Dissert. de iudic. Westphal.* Quin inde originem habet uetus iuris paroemia. wer von sieben redet, der läugt gern. Vid. HERT. *Epidipn. paroemiar. iur. paroem. 8* Hodie tamen praeterquam in collegiis ecclesiasticis et societatibus ganerbiorum uix aliquod uestigium huius moris superest.

istud singulare est iuris feudalis, quod, acto-re non probante, reus non statim absolua-tur, sed, etsi possessor sit, debeat se defen-dere iureiurando cum sacramentalibus, et praesumtiones contra se purgare, I. F. 10. se-cus ac iure Romano. Vnde non est, quod a communi sententia recedat STRVV (*) *cap. ult.* §. *16. n. 2.* maior enim fauor est acto-ris nostro iure, quam rei, etiam possidentis. Vid. *Exercit.* nostr. *ad Pandect. XIII.* §. *17.* Potest tamen etiam petitori quandoque ius-iurandum imponi, quoties pro eo maior praesumtio est, quod est iusiurandum sup-pletorium. II. F. 33. §. *sacramentum.*

Differentia iuris ciuilis et feudalis.

§. XI.

Sunt, qui in foro feudali putant, ut prorogationem, ita et reconuentionem ces-sare, *Gloss. in II. F. 16.* ubi tamen exceptio habetur, uid. *Comment. ad I. F. Alam cap 37.* §. *3.* atque recte affirmatur, si modo caussa reconuentionis etiam feudalis est (**). Iu-dicio enim feudalis est specialis iuris

De prorogatione et reconuentione.

I 2 di-

(*) Immo recte iste existimat, regulam illam iuris communis, *actore non probante, reus absoluitur,* etiam in caussis feudalibus receptam esse, nec iu-reiurando purgatorio onerandum esse reum, nisi aduersus illum militent praesumtiones vel indi-cia quaedam. Praxin saltim huic interpraetationi STRVVII consentaneam esse, obseruat TI-TIVS, im Deutschen Lehen-Recht, *cap. 28.* §. *58. seqq.*

(**) Immo et si ita connexa sit cum feudo, ut com-mode separari nequeat. Tales sunt quaestiones

dictio, atque ad caussarum istarum feudalium naturam restricta, extra hanc non item.

§. XII.

Litis denunciatione. Vasallus conuentus a tertio, non tenetur litem domino denunciare, sed ipse eam finire, etiamsi caussam perdat, II. F 26. §. 21. et eatenus nocet res inter alios iudicata domino, et agnatis, nisi dolo aut culpa uasalli quid amittatur *I. F. Alam. cap. 120.* ibi: **von seinen Schulden.** Sed euictionem et regressum non habet contra dominum huc uasallus, si litem non denunciauit (*). Vid. BITSCHIVS *ad d §. 20. et Comment. ad I. F. Alamann. cap. 33. et 120.*

§. XIII.

Exsequutione. Cum caussae inter dominum et uasallum coram patibus sunt decidendae, quaeritur de exsequutione contra condemnatum dominum, quomodo et a quo ea fieri debeat. Id exponitur II F. 22 ut curia adeat dominum, et competenter cogat, ut iudicio curiae se committat, et uel possessionem restituat, si eo condemnatus fuerit, aut adquiescat,

de repudiatione allodii, de dotalitio, de dotatione et alin entis filiarum, et huius generis aliae. Vid. ANTON. *Disput. feud. XIIII thes. 2 litt. b.*

(*) Idque in ipsis litteris inuestiturae exprimitur hac formula: derselben Güther sollen und wollen wir dessen rechter bekenniger Herr und Gewehr seyn vor aller Rechten Anspruch, so oft wir darzu erfordert werden, oder dieß zu thun schuldig sind Vid. STRYK. *Exam. iur. feud. adpend. pag. 525.*

ciat, si ipse petitor est, uel alias iudicio se committat. Si post trinam admonitionem contumax fuerit dominus, tunc auxilium et exsequutionem petere potest a superiore; si superior non adest, aut detrectat, potest uasallus uictor dominum *depraedare*. Hoc iure Langobardico communi: ubi, quid sit istud *depraedare*(*), non conueniunt interpretes. Alii uocant depraedationem, immissionem auctoritate iudicis, et uerbum hoc non a praeda, sed praedio deriuant: uerum oppido patet, quod haec interpretatio sit ipsi textui contraria; opponitur enim *depraedatio*, tamquam ultimum remedium, ubi copia iudicis superioris cessat, *exsequutioni*, quae fit per iudicem; ergo non eadem cum ista intelligi potest. Magis itaque est, ut CVIACIVM sequamur, et depraedationem interpretemur diffidationem, **die Befehdung**, contra dominum uasallo moribus Langobardorum concessam, tamquam ipso iure, soluto uasallagii uinculo. Id quod etiam MATTH. *de* AFFLICT. in *tit. de milite uasallo contumace, n. 28.* et *30.* confirmat: *in Catalonia et Hispania, quando dominus non facit iustitiam uasallo, uasalli possunt facere* Depraedatio.

I 3 *guer-*

(*) De hac depraedatione uel diffidatione legendus GVIL. FRID. PISTORIVS in der historischen Nachricht von den Fehden §. 9 quae subiuncta est *uitae* Goetzens von Berlichingen. Ostendit hic uir doctus, uasallum debuisse litteras diffidationis coram insinuare domino, eoque nomine ab hoc impetrare saluum conductum. Quo facto et uasallus bellum iustum aduersus dominum gerere uidebatur.

guerram contra dominum, et ita uinimus temporibus nostris, et hoc refert hic ANDREAS. At iure nostro feudali remedium adhuc intermedium traditur, apprehensio feudi adiudicati, autoritatae propria, inuito domino. *I. F. Alam. cap. 13 14. 20. 36.* § *4.* uerba sunt: ſo unterwinde ſich der Mann ſelbſt ſeines Lehens(*). Quod si tandem et apprehensionem auctoritate propria dominus impediat, tunc sine dubio iure ueteri locum habuit diffidatio, et hodie *ius repressaliarum* contra exteros inprimis dominos, qui iustitiam denegant. SCHRADERVS, *de feud. part. X sect. 5. num. 204.* MYLERVS *de stat. imperii, part. II. cap. 56.*

(*) Atqui id eodem recidit, quia haec adprehensio possessionis impediente domino fieri non potest, quin uis adhibeatur, atque ita oriatur bellum priuatum. Hodie, diffidationibus *pace publica* profligatis, semper recurrendum est ad superiorem iudicem, ceu recte obseruauit COCCEI. in *Hypomn. iur. feudal. cap. ult. §. ult.*



CAPVT

CAPVT XI.
DE STILO CVRIAE FEVDALIS.

* * *

§. I.

Stilus cum proprie apud ueteres usitatum scribendi instrumentum denotet, inde metonymice pro ipsa facultate scribendi promte et decore (*) usurpari cepit. Vid. elegantissimus libellus IO. SCHEFFERI *de stilo in genere.* Atqui cum stilus, uelut sermo tacitus circa omnia diuina et humana sit occupatus, itaque pro materiarum et utentium uarietate uariatur. Vt igitur scholae habent suum stilum, ita et curiae, et iudicia forensia. *Curiae* enim uox cum primum partes tribuum, et fratrias (**) ex instituto Romuli

Stilus quid?

Curia quid?

(*) Immo pro habitu totius orationis, qui, prout uel amplior est, uel adstrictior, ita stilus diuiditur in Asiaticum, Rhodium, et Atticum. Eadem ratio est, cur quibusdam tribuatur stilus tenuis, aliis siccus, aliis sublimis, aliis frigidus, aliis mediocris, aliis denique inaequalis. Ex instituto de diuersitate stili egimus in *Fundam. stil. cult. part. I. cap. 2.*

(**) Immo curiae apud Romanos uere erant loca sacra, seu templa, quibus curiones praeerant, qui sacerdotio fungebantur, Itaque simillimae sunt nostris parochiis, et ne in Germania quidem desunt exempla, quod ciues urbani suffragia ferunt secundum parochias suas. Conf. PAVLL. MANVT. *de senatu populi Rom. cap. 4.*

muli notaret, in quas hic diuisit populum Romanum, ex eo denominationis ratione, quod rei publicae curam per sententias patrium earum triginta expediret, et leges etiam ab iis rogaret, quae *curiatae* dictae, ut docet POMPONIVS in *L. 2. D. de orig. iur.* deinde translata est haec denominatio ad senatus aliarum ciuitatum, unde *curiales* et *decuriones* dicti senatores municipales; tandem et tribunalia magistratuum, et consistoria principum, et omnia iudicia, et in specie etiam feudalia hoc nomen sibi adsciuerunt.

§. II.

Stilus curiae quid? In genere?

Hinc stilus curiae proprie est modus atque ratio scripto consignandi res forenses, et quidquid in curiis expediendum est. Sed extenditur haec uox etiam ad ea, quae scripto non proferuntur, ita ut stilus curiae etiam comprehendat quemcumque procedendi morem in curiis usitatum; quo in significatu, latiori licet, adhuc tamen differre stilum a *consuetudine*, ostendit NATTA, IC. Italus, *Conf. 575 n. 31.* consuetudinem enim induci ex actibus frequentibus (*), interueniente tacito consensu populi uel maioris partis, stilum uero concernere ordinem scribendi

(*) Id uero etiam de stilo curiae uerum est, adeoque in hoc consistere nequit uera ac essentialis differentia. Tu potius dixeris, ea, quae tacite in foro inolescunt, aut ad materiam et iura caussarum pertinere, aut ad earumdem formam; et tunc priora κατ' ἐξοχὴν consuetudinum nomen retinere, posteriora stili curiae nomine uenire. Conf. STRYK, *Diss. de stilo curiae, uolum. I. disput.* 2.

bendi seu procedendi unius curiae uel iudicis: unde, cum doctores dicant consuetudinem in *inuentariis* esse seruandam, intelligendos esse de consuetudine proprie sumta, non de *stilo notariorum.*

§. III.

Nos hic in ea potissimum significatione stilum curiae accipimus, quae notat modum scribendi in curiis feudalibus Germaniae usitatum. Cuius cognitionis utilitatem necessitatemque uel illustre illud exemplum ficti foederis statuum (*) Catholicorum ab OTTONE PACKIO, IC. saeculo XVI. producti apud HORTLEDERVM *de caussis bell. Germ. part. I libr. II. cap. 1.* et *9. pag. 805.* cuius examen et eam in rem monita uid. in *Exerc. exoterica* STRAVCHII VIIII *et Dissertat. eiusdem de constitutionibus principum, th. 51.* in specie.

§. IIII.

In curia feudali inprimis occurrit inuestiturae impetratio et renouatio. In qua ante omnia notificatio facti, quo uel de nouo, uel per successionem feudum adquiritur, necessaria est, cum petitione termini (**) ad Circa inuestituram.

I 5 in-

(*) Immo et in diiudicandis reliquis diplomatibus genuinis et suppositiis omne punctum fert stilus curiae, nec potest fieri, quin suspectum habeatur diploma, quod formam ordinariam illorum temporum non obseruat. Exemplo esse possunt bella diplomatica, Lindauiense, Magdeburgicum, et alia, quae recensuit LVDEWIG. in *Praefat. tom. I. Reliquiar.*

(**) Quando id facit uasallus, dici solet, er habe die Lehen gemutet, ipsaque haec petitio uocatur der

inuestituram decernendam, qualem formulam exhibet HARSDOERFFERVS, im Deutschen Secretar. *part. I. cap. 9. pag. 576. seqq.*

§. V.

Petitio. Ad implorationem uasalli requiritur citatio regulariter ad inuestituram hac forte formula: lieber, getreuer. Wir haben uns zu verlesen vortragen lassen, was gestalt du um die Reichung der Lehen, über das rc. Ritterguth, oder auf dich befällten Antheil (siue pro diuiso, siue indiuiso, coheredes possideant,) unterthänigst angesucht, und hierauf einen gewissen Tag N. zum Termin anernennet: Citatio. begehren demnach, du wollest angeregtes Tags zu rechter Zeit vor unserer Regierung allhier N. N. in Person erscheinen, (prima uice inprimis hoc solet fieri, ut nouus uasallus ad praestationem homagii in persona comparere teneatur. In renouatione inuestiturae admititur procurator hac formula: in Person, oder durch einen in deine Seele zu schwören genugsam Bevollmächtigten (*),) die letzten Lehen-Scheine, und was son-

Ansinnungs-Zettel. Schedula hae oblata curiae uel statim decernitur citatio, uel differtur ob certas rationes, et tunc posteriore casu datur attestatum, (ein Mut-Schein), in quo inter alia occurrit clausula: inzwischen ist ihme der hiebey gebrauchten Vitalanz halber dieser Schein ertheilet worden. Formulas reliquas dabit TITIVS, in *adpend. §. 8. sequ.*

(**) Hic tamen non admittitur in Saxonia electorali, immo nec olim in curia imperii: unde et hodie legati submisse excusare solent principalium absentiam, et responsum audiunt: ihro kayserl.

sonsten dabey vonnöthen, mit zur Stelle bringen, auf die herbey kommende Fragstücken (*) antworten, und nach abgelegter Erb-Huldigung und Lehens-Pflicht, auch entrichteten Lehen-Tax, so beyliegend specificirt, der würcklichen Belehnung, oder sonsten nach Befindung, Bescheids gewarten, wornach du dich zu richten, und an dem geschicht unser Wille und Meynung. *Datum.* cet.

§. VI.

Recognitio

Si ad petitum uasalli terminus non praefigitur, tunc interim *recognitio* danda est, quae uocatur Mutzettel, id est, testimonium et attestatum de petita inuestitura (**), hac formula: demnach auf des Titu Hintritt bey hiesiger Lehens-Curie der Sempronius wegen seiner Succession an des verstorbenen N. Lehengüthern zu N. die Lehen gebührlich recognoscirt und gemutet, als ist gemeldtem Sempronius diese Recognition und Mutzettel, bis zur künftigen fer-

Majestät wollten vor dieses mal die Entschuldigung annehmen, und die gebetene Lehen ertheilen.

(*) Haec interrogatoria inprimis pertinent partim ad persequutionem inuestiturae, partim ad enumerationem rerum feudalium, adeoque hodie in curiis feudalibus sunt loco istius enumerationis rerum feudalium, quam Galli uocant *denombrement*, de qua supra actum *cap. 5. §. 4. pag. 39.*

(**) Alias huius generis formulas in curiis Saxoniis receptas dedit TITIVS in *adpend §. 8. sequ.* Necessarium autem est huius modi attestatum, ut probare posit uasallus, se ante lapsum anni et diei, quod fatale praescribitur *II. F. 24* et 40. inuestituram rite petiisse.

fernern Verordnung und Anberaumung eines Termins zur Lehens-Empfängniß unter dem Cantzley-Secret (oder Lehens-Siegel) und gewöhnlicher Unterschrift ausgestellet worden. *Signatum* cet.

§ VII.

Prorogatio. *Prorogatio* termini ad inuestituram peti potest ob legitima impedimenta (*), uel etiam ob minorennitatem uel absentiam uasalli, et impetratur Indult-Schein, hac forte formula: dem durchlauchtigsten rc. ist gebuhrend vorgetragen worden, welcher massen Titius von wegen seines unmündigen Bruders Caji um ein Indult zu Empfahung der Lehen über ihres Vaters hinterlassenes Guth zu rc. unterthänigst Ansuchung gethan: wann dann ihro fürstl. Durchl. solcher Bitte statt gethan, als wird ihm der gebetene Indult zu der Lehen-Empfängniß, bis er seine Lehens-mündige Jahre erreicht, hiermit ertheilet, doch daß das Lehen in gegenwärtigem Stande inmittelst unverruckt verbleiben, und er nach erlangter Mündigkeit in Person allhier erscheinen, und der Lehen gebührliche Folge leisten solle. *Signatum* cet.

In quibusdam curiis feudalibus interim etiam tutor, qua talis, homagium nuda promissione

(*) Saepe tamen et ideo conceditur prorogatio inuestiturae, quia uasallo in promtu non est pecunia, qua ad inuestituram impetrandam opus est. In aula Caesarea tunc concedi solet prorogatio, modo princeps pro singulis mensibus soluat 15. comes uel baro imperii 10. florenos. Vid. LVDEWIG. *Differt. de indultu feudali.*

missione, in aula imperatoria etiam iureiurando praestare tenetur. Formulam uide in *Comment ad I. F. Alam. cap 52.* In casu absentiae additur haec clausula: doch daß er nichts minder uns mittler Zeit verpflichtet und verhafftet sey (*), gleich als ob er solche Lehen empfangen, und gewöhnliche Pflicht gethan hätte.

§. VIII.

In die termini, ad inuestituram praefixi, homagium a uasallis praestatur: illud constat promissione per dextrae dationem, Germanice Gelübde, et iurisiurandi praestatione, quae uocatur **Eyd, und dessen Vorstabung.** Formula promissionis oder der Gelübde, inprimis si quis uasallus paris est dignitatis, haec esse solet: euer fürstl. Gnaden sollen (**) geloben N. N meinem gnädigsten Herrn, nach laut Lehen und Revers-Briefen, um solcher Lehen willen Homagium.

(*) Haec clausula pertinet ad cautiones abundantes, de quibus singularem dissertationem scripsit STRYKIVS. Iusiurandum enim non de nouo obligat ad fidelitatem, sed tantum fidem a uasallo iam tum debitam eo magis confirmat, uel, ut breuius rem eloquamur: non fidelitatem debet uasallus, quia iurauit, sed iurat, quia fidelitatem debet. Vid. LVDOVICI *Dissert. de regula iuris canonici, omne iusiurandum seruandum esse, quod sine detrimento salutis aeternae seruari potest.*

(**) Sed huic iuriiurando fidelitatis et multa alia inferi solent, a. g. uasallum non interfuturum consilio aduersus dominum, eumdem id potius statim delaturum esse domino, inuestituram eum petiturum iusto tempore, seruitia eum praestiturum, prout decet, denique uocatum in curiam sine detractatione adfuturum. Plures huius modi for-

len seiner Durchl. die Zeit ihres Lebens, und nach deren Tod, derselben Erden zu dienen, zu gewarten, getreu, hold, und gehorsam zu seyn, auch dieselbige vor ihren Schaden zu warnen, Frommen und Bestens allezeit treulich zu werden, und alles das zu thun, so **hohe Mann** ihrem Herrn solcher Lehen wegen von Recht oder Gewohnheit schuldig seyn, und billig thun sollen. Si uasallus est inferioris dignitatis, tum loco uerborum: **so hohe Mann**, simpliciter usurpatur: **so Mann** &c. Si est feudum castrense, tum usurpatur clausula: was Burgmann der Burg-Lehen wegen &c. ihrem Herrn zu thun schuldig sind.

FORMVLA
Stabung des Eydes.

Wie ich N. N. gelobet, und meine Treu gegeben habe, auch mir unterschiedlich vorgesagt ist, und die Briefe ausweisen, das alles und jedes soll und will ich stet, vest, unverbrüchlich, und treulich vollziehen, thun, und halten, sonder Gefährde, als mir GOtt helffe. Si iurans non tantum pro se, sed etiam ut substitutus inuestitur, ad-

mulas suppeditauit STRYKIVS in *Exam. iur. feud. adpend. num. 6. seqq.*

Formel
eines Lehen-Scheins.

In Saxonia recenseri solent omnes actus hoc modo: Auf persönlich Gestellen, angehörte Verhaltung, gegebenen Handschlag, und abgelegte Lehens-Pflicht Sempronii ist demselben das Lehen Tusculanum heute dato zu einem rechten Mann-Lehen bekennet und verliehen worden. So geschehen &c.

additur ab initio: vor mich, und als Lehenträger deß und deß.

§. VIIII.

Inuestitura impetrata datur **Lehenschein**, breue testatum, uel etiam **Mutzettel**, iure Langobardico, et deinde sequitur **Lehen-Brief** et **Revers-Brief**. Breue testatum.

FORMVLA
eines Lehen-Scheins.

Ist heut dato persönlich erschienen Sempronius, und in Empfahung der Lehen an dem Guth ꝛc. gebührende Ansuchung gethan, woran dann ihm auch dieselbe nach gethanem Handschlag und abgelegter Lehens-Pflicht hiermit bekennet, und angeregtes Gut zu einem rechten Mann-Lehen gereichet und verliehen worden. So geschehen ꝛc. Si simultanea inuestitura tantum impetratur, tunc ponitur haec clausula: erschienen, und hat der gesammten Hand an seines Vettern N. Guth gebührende Folge gethan.

§ X.

Litterae inuestiturae constant quinque partibus. *Prima pars* continet prooemium, hac forte formula: wir von GOttes Gnaden N. N. urkunden hiermit, und bekennen, daß unserm lieben, getreuen, und dessen männlichen Leibes-Lehens-Erben, auf sein unterthänigstes Ansuchen und Bitten, nachbeschriebenes Guth, N. Zinsen, welche er von N. N. erkaufft, (ererbt, ertauscht, pro re nata,) und uns zu Lehen geht, zu rechtem Mann-Lehen gereicht, bekannt, und gelie- Litterae inuestiturae.

hen

hen haben. Si plures ſunt uaſalli, tunc nomina ſingulorum (*) inueſtitorum in litteris inueſtiturae ſunt exprimenda, alias non nominati pro excluſis habentur; deinde, ſi feudum eſt hereditarium uel femineum, tunc pro uerbis: männliche Leibes-Lehens-Erben, ponuntur: Leibes-Erben; uel: Leibes-Lehens Erben.

Secunda pars ſpecificationem continet rerum et pertinentiarum, de quibus inueſtitur uaſallus, hac formula: nemlichen die Herrſchaft, oder das Ritterguth, oder das Vorwerck, mit ſo und ſo viel Hufen oder Morgen Landes ꝛc. Gerichten Obern und Untern (*) ꝛc. Zinſen, als in dem Dorf ꝛc. et hic cenſitorum ſingulorum nomina ſolent exprimi, et cenſuum ſumma, item fundus, uel res de qua cenſus penditur. Quandoque uero, et praeſertim, ſi cenſus ex parte eſt litigioſus, generatim refertur cenſus, mentione facta ſpecificationis cenſitorum a uaſallo oblatae, ſed cum clauſula: ſal-

(*) Vbi cautio notanda eſt, ſi plures ſint in familia einſdem nominis, ut ii, qui ſimultaneam inueſtituram impetrarunt, non modo nomen exprimi curent, uerum etiam parentem, et praedium, quod poſſident, e. g. Carl, weiland Friederichs von Letrau Sohn Hoc enim omiſſum maximas aliquando lites peperit.

(*) Sic in litteris feudalibus non modo exprimi ſolent agri et manſi, uerum etiam pertinentiae et acceſſiones, e. g. an Holzungen, Wieſen, Triften, Schäfereyen, Huf-und Horden Schlag, auch allen Zu- und Einbehörungen; ubi tamen et domino, et uaſallo cauendum eſt, ne ſibi praeiudicent: illi, ne quid inſeratur de nouo; huic, ne quid omittatur, quod in litteris antiquioribus occurrit.

saluo iure cuiuscumque (*): e. g mit hundert Gulden Zinsen am Gelde, und hundert Kappen, und andern Abgaben, gesammte Hand-Fron, besage des von dem Lehen-Mann übergeb-nen Verzeichnisses, welches doch unbeschadet männiglichs hierunter versirenden Interesse, und darwider habenden Einreden, in quantum de iure, angenommen, und zu der Lehens-Registratur verwahrlich beygeleget worden.

Tertia pars litterarum inuestiturae continet ipsum actum inuestiturae et seruitii: thun diesemnach gedachtem N. N und dessen männlichen Leibes-Lehens-Erben obgemeldtes Guth, mit dessen Pertinentzien und Zugehören, (si dominium directum non ex integro ad inuestientem pertinet, tunc additur: als viel daran uns zu Lehen geht;) mit allen ihren Ehren, Würden, Nutzungen, Freyheiten, und Gerechtigkeiten, nichts davon ausgeschlossen, zu einem rechten Mann-Lehen, wie Manns-Lehen-Recht und Gewohnheit ist, und mit sich bringt, hiermit und in Kraft dieses leihen und bekennen, daß nemlich er und seine eheliche Leibes-Lehens-Erben männlichen Geschlechts dieselben ruhlich besitzen, geniessen, und gebrauchen mögen, allermassen vorige Besitzer selbes besessen, genutzt, und gebraucht, oder

(*) Eodem pertinet et altera clausula. wie dieselben Güther von unsern Vorfahren hiebevor zu Lehen empfangen, genossen, besessen, und gebraucht, auch von gedachtem Sempronius Kaufweise an sich gebracht worden. Sic enim dominus non praestat euictionem, nisi earum rerum, quae uasallo in prima inuestitura concessae sunt.

oder geniessen und gebrauchen können und mögen, jedoch daß der Lehen, so oft die zu Falle kommt, jederzeit gebührende Folge geschehe, auch seldige Ritter-Dienste gebührend verdienet, und andere Onera (*) (quae etiam specificentur,) entrichtet werden.

Quarta pars continet inuestituram simultaneam hoc modo: wir haben auch aus besondern Gnaden mit vorbemeldtem N. N. an diesem Guth und Zinsen sämtlich delehnet, als wir dann hiermit beleihen unsere auch liebe getreue (nominentur,) wofern sie in gebührender und indulgirter Frist der Lehen und Mitlehenschaft gebührende Folge thun werden, und solches alles dergestalt, daß da (nominetur uasallus principalis possessor,) ohne männliche Leibes-Lehens-Erben sterben würde, daß alsdann und eher nicht genanntes Lehen-Guth &c. an beruhrte Mitbelehnte, und derselben Leibes-Lehens-Erben, allweg nach rechter Sippzahl. (**) kommen und fallen sollen, jedoch daß der Lehen, so oft die zu Falle kommt, iederzeit in zu Recht zugelassener Frist gebührliche Folge geschehe, treulich sonder Gefährde.

sollen

(*) Quamuis enim feuda equestria immunia sint ab oneribus ordinariis, uelut contributionibus, uectigalibus, ect. saepe tamen in comitiis prouincialibus etiam equestris nobilitas quaedam subsidia uel onera extraordinaria promittit, quae se accurate praestiturum pollicetur uasallus.

(**) Si clausula haec addita est, tunc propiores excludunt remotiores; omissa hac clausula, omnes simul et sine discrimine graduum succedunt. Diximus ea de re supra *cap. 5, §. 10, pag. 42.*

Quinta et ultima *pars* continet recensionem parium siue testimonium: bey dieser Belehnung sind gewesen, und zeugen die würdige, vest-und hochgelahrte unsere Räthe, liebe andächtige (*) und getreue N. N. und andere der unsern glaubwürdigen mehr. Zu Urkund haben wir unser grösser Cantzley-Siegel (oder Lehens-Insiegel) an diesen Brief hangen lassen, welcher gegeben ist in unserer Regierung zu N. N. Datum cet. Et datum hoc debet concordare tam in breui attestato, **Lehenschein**, quam in ipsis litteris inuestiturae.

§. XI.

Lehen-Revers siue litterae reuersales uasalli sunt, quibus confitetur et enumerat uasallus feudum et eius appertinentias, cum hoc effectu, ut securus sit dominus, et euictionem praeter partes recensitas exigere non possit uasallus. Quae reuersales olim ualde usitatae fuerunt (**): unde etiam adhuc designatio, Gallice *denombrement*, ipsius uasalli desideratur ante inuestituram, qua de re, et de eius formulis, uid. *Comment. ad I. F. Alam. cap. 32.* Reuersales.

K 2 §. XII.

(*) Hoc titulo honorantur consiliarii clerici, idque in cancellaria imperatoris obseruatur, ubi saeculares principes uocantur Deine Liebden, ecclesiastici Deine Andacht.

(**) At hodie pene ab usu recesserunt, quia loco designationis et reuersalium est responsio ad interrogatoria, quae ante inuestituram requiri solet, et de qua supra diximus *h. c. §. 5. pag. 139.*

§. XII.

Subiiciemus et aliam formulam litterarum inuestiturae etiam simultaneae, secundum stilum curiarum feudalium ad Rhenum superiorem usitatam: wir N. bekennen, daß unser getreuer lieber N. N. die Burg und das Dorf mit Zwing und Bann (*), Hoch- und Nieder-Gericht, und andern Stücken und Güthern, von unserm Hauß (nominetur,) zu Lehen inne zu haben, uns jetzo demüthiglich angesucht und gebeten hat, ihme gnädiglich zuzulassen und und zu verwilligen, daß er unsern getreuen lieben N. N. und seine männliche Erben in Gemeinschaft solcher Lehen nehmen möchte, daß wir demnach angesehen gedachtes N. N. demüthiges und ziemliches Bitten, darzu sein, und sonderlich des N. N. ansehnliche, nutzliche, und getreue Dienste, so sie und ihre Vorfahren unsern Vorfahren am Hauß N. von langen Jahren her gehorsamlich gethan haben, und sie beyde und die ihrige noch täglich thun, und künftig wohl thun mögen und sollen, und darum als Lehen-Herr in die Gemeinschaft solcher Lehen gnädiglich bewilliget, (**) und darauf denselben (nominetur uterque,) in

(*) Zwing olim erat potestas dominica in seruos uel homines proprios; Bann contra uocabatur iuris dictio, et quidem, si criminalis esset, Blut-Bann. Hodie Zwing und Bann est territorium alicuius castri, in quod possessor exercet iuris dictionem. Vid. BESOLD. *Thesaur. pract.* sub uoce: Zwing und Bann.

(**) Ita in hisce litteris semper uocatur simultanea inuestitura, quae tamen non semper absolute et sine conditione conceditur, sed plerumque pacto

in Gemeinschaftsweise verliehen haben, leihen auch hiermit wissentlich, und in Kraft dieses Briefes, was wir ihnen zu Recht und von Gnaden wegen daran verleihen sollen und mögen, also daß gemeldte (nominetur uasallus possessor,) und seine Lehens-Erben, und nach Abgang derselben vorgemeldter (nominetur simultanee inuestitus,) und seine männliche Lehens-Leibes-Erben, wo anderst von obbemeldtem (nomen possessoris,) männliches Stammes, so dieses Lehens fähig (*), keiner vorhanden wäre, nun fürbas von uns, und darnach unsern Erben, in Lehensweise inne haben, nutzen und niessen sollen, als Lehens- und Landes-Recht ist. Sie sollen uns auch allezeit darvon getreu, gehorsam, dienstlich, und gewärtig seyn, als Lehens-Leuthe ihren Lehens-Herren zu thun schuldig und verbunden seyn, doch uns und unserm Hauß, an andern Obrigkeit, Lehenschaft, und Gerechtigkeiten, und sonst männiglich an seinen Rechten unvorgreiflich und unschädlich. Und seynd das die Lehenstück und Güther: nemlichen 2c. 2c. 2c. Mit Urkund dieses Briefs, gegeben zu 2c. 2c. 2c.

§. XIII.

cauetur, ut simultanee inuestitus in feudo quidem succedat, attamen in eo tantum habeat certam pecuniae summam, quae uocatur ein Lehens-Stamm, id uero, quod superest, ex pretio restituatur heredibus allodialibus. Vid. BASTINELLERI *Diss. de pecunia in feudo*, vom Lehens Stamm.]

(*) Alluditur ad ea, quae auctor dixit supra *cap.* 4. § 4. *pag* 34. de personis feudi incapacibus, quales sunt clerici, monachi, surdi et muti, furiosi, et alii ad militiam inhabiles.

§. XIII.

Lehens-Consens.

Formula consensus feudalis: von GOttes Gnaden wir ꝛc. vor uns, und unsere Erben und Nachkommen, hiermit urkunden und bekennen, demnach uns unser lieber getreuer N. N. zu erkennen gegeben, welcher gestalt er ꝛc. erborgt, auch zu mehrerer Versicherung das von uns tragende Lehenguth zum Unterpfand gesetzet (*), um unsern Consens gebeten, alles nach mehrerm Innhalt, und vermöge der hierüber aufgerichteten, und uns nebenst der Mitbelehnten Einwilligung in Original vorgezeigten Obligation unter dem (dato cet.) daß, weil sonderlich der nächste Agnat (oder Mitbelehnte) darein gewilliget, wir auch dieses sein Suchen gnädigst angesehen, und zu solcher Versicherung unsern Consens und Bewilligung gegeben und mitgetheilet. Consentiren demnach hiermit und in Kraft dieses in solche Hypothek, dergestalten und also, daß obgenanntem Gläubiger das Lehenguth (nominetur) vor obangeregte Summe an Capital und Interesse (utilis est haec clausula praeseruatoria, τῦ *interesse*, quia iure Romano non ex omni contractu usurae debentur, uid. STRVV. *cap. 13. aphor. 7. n 6* et *Exercit. nostr. XXII. ad Pandect. §. 14.*) zu einem **Unterpfand** (si simpliciter consentitur, sed potest etiam ad tem-

(*) Atqui id facere non potest sine consensu domini, et feloniam admittit, si feudum sine hoc consensu oppignorat. Sed hic intelligitur casus, ubi uasallus oppignorauit feudum in euentum, bis auf lehenherrlichen Consens; tunc enim ratihabitio retrotrahitur ad initium negotii. Vid. CARPZOV. *libr. IIII. respons. 29.*

tempus consensus interponi, et regulariter ad triennium, idque cum clausula cassatoria: auf ein Jahr ꝛc. und länger nicht, nach Verfließung aber desselben der Consens verloschen gehalten und geachtet werden soll. Confer. STRVV. *cap. 14. aphor. 23. n. 4.*) stehen und haften soll, **jedoch** uns und **unsern Nachkommen** am Lehen, Regalien, Ritterdienst, und andern unsern Gerechtigkeiten unschädlich, treulich, und ohne Gefährden, (haec clausula quoad hypothecam ipsam uidetur esse superflua, nec enim ista protestatio pignori ipsi aliquid derogaret, sed adhiberi tamen solet ad conseruationem dominii directi. Vid. STRVV. *d. l.* Reseruare hic etiam dominus sibi potest ius prioritatis in debitis, quibus uasallus ipsi domino est obligatus,) e. g. **jedoch** uns und **unsern Nachkommen** ꝛc. insonderheit aber unserer Cammer-Forderung, womit uns gemeldter (nominetur uasallus) laut seiner Obligation, datirt cet. verhaft worden, an ihrem Vorzugs-Recht unnachtheilig. Itaque in oppignoratione feudi, quae fit ipsi domino, non requiritur consensus superioris, sed sufficit ipsius domini uel tacitus, aut ipso facto adhibitus RAVCHBAR. *part I. quaest. 24. n. 24.* Haec de contractu mutui In contractu porro emtionis et uenditionis et simili respectu euictionis hac clausula utimur: consentiren demnach hiermit und Kraft dieses Briefes, und bekennen dem Käufer die Gewehr des verkauften Guths (nominetur,) im Fall ihm dieselbe über kurz oder lang streitig gemachet würde, und sich Mängel daran befinden sollten,

ten, daß an und auf dem Guth (nominetur,) beschriebener massen er Genugthuung deswegen haben und gewarten, ihm auch dasselbe dafür zur Versicherung verhaftet und verpfändet seyn soll (*).

Ratificatio feudalis. Denique a consensu feudali *ratificatio* feudalis differt: consensus proprie est, qui praecedit, tamquam ueniae impetratio, et uelut decretum de alienando; ratificatio sequitur contractum, qui iam tum factus fuit, saluo iure dominii. Secundo differt, quod ratificatio et confirmatio sint ipsius negotii principalis: consensus uero est negotii accessorii, h. e. hypothecae.

(*) Id tamen semper intelligitur cum clausula: *saluo iure tertii*. Hinc, si e. g agnatus ad successionem ueniat, et ille in alienationem non consenserit, non obstat haec clausula, quo minus feudum a quocumque, adeoque et ab emtore uindicari possit.



INDEX CAPITVM.

* * *

L CAP.





IOANNIS SCHILTERI,
IVRIS CONSVLTI,

COMMENTATIO

AD

LIBRI SECVNDI

CONSVETVDINVM FEVDORVM

TITVLVM QVINQVAGESIMVM

DE

NATVRA SVCCESSIONIS FEVDALIS,

IN QVA

LINEALIS QVOQVE SVCCESSIONIS ORIGO ATQVE VSVS IN FORO GERMANICO SVCCINCTE EXPONITVR.

ACCEDIT

MANVTISSA

AD HANC COMMENTATIONEM.

L 2 SENE-

SENECA
DE VITA BEATA:

Non tam bene cum rebus humanis geritur, ut meliora pluribus placeant.

CAPVT



CAPVT I.

DE VERBORVM RVBRICAE SIGNIFICATIONE, ET HISTORIA IVRIS SVCCESSORII IN FEVDIS.

* *
*

§. I.

Naturam fucceffionis feudalis expofituri
neceffe habemus, ut, quid per uoca-
bula *natura* et *fucceffio* hic intelliga-
tur, doceamus. Atque *naturae* uox primo *Natura*
et a philofophis et a ICtis de natura fpecifi- *quid?* 1.
ca, cauffa cuiusque rei interna ac formali,
accipitur: quo fenfu ἡ ὐσία, effentia, fub-
ftantia, natura, promifcue ufurpantur. Ita-
que quod Vlpianus *l. 9. §. 2. D. de contrah.
emt.* ὐσίαν uocat, id naturam *l. 7. §. 5. ad fin. D.
de pact.* h. e. fubftantiam, ut interpretatur Ac- 2.
curfius, qui deinde alteram fignificationem

 ad

ad *l. 72. pr. D. de contrah. emt.* explicat, qu denotantur qualitates accidentales quidem, sed quae regulariter, et per communem naturae cursum, substantiae rei accedunt. Quae Papinianus *adminicula* uocat d. *l. 72.* Accursius *naturalia*, Zasius *naturalia externa et separata*, philosophi *accidentia ἀχώριστα* adpellant. Quam significationem etsi reiiciant Cuiacius ad *rubr. l. I. Feudor. in fin.* et Duarenus ad d. *l. 7. D. de pact.* tamen et usu ea recepta est, nec ratione, quam dixi, destituitur, et auctoritate Vlpiani fulciri potest. Praeterquam enim, quod in d. *l. 7.*

L. 7. §. 5. D. de pact. *D. de pact.* naturae uox hanc ipsam significationem admittit, *si post emtionem ex interuallo aliquid extra* NATVRAM *contractus conueniat*, ait, et intelligit non praecise essentiam contractus, quam si negotium excedit, in aliam speciem cadit, sed immo naturam posteriori modo intellectam, h. e. ea, quae naturaliter et regulariter quidem insunt, sed per pacta conuenta separari possunt, ueluti per pacta retrouenditionis, euictionis non praestandae cet. Insuper etiam *l. 20. §. 4. D. de heredit. petit.* ad naturam actionis refertur, quod quandoque inficiatione crescit, quod tamen ad essentiam non pertinet. Itaque naturam feudi Baldus definiens ait, esse qualitatem innatam a principio generationis, ex qua uirtus contractus proficiscitur, et semper inesse uidetur, nisi per pactum improprietur. *Praef. sup. Feud. n. 46.* Conf. *II. Feud. 48.* ibi: *licet propriam feudi naturam non habeat, iure tamen feudi* *cense-*

nsebitur, ut ex his caussis ipsum amittat, sicut ex ueris feudis. Igitur essentiam tamen feudi retinet, naturam mutat, quam *communem feudi rationem* et *consuetudinem* Obertus uocat *II. Feud. 2. §. fin.* Atque in hac posteriore significatione etiam hic accipitur hoc uocabulum, ubi de natura successionis feudalis docetur, quae tamen uel per leges speciales, uel per pacta conuenta mutari potest, salua feudi, et in eo successionis, ἴδια,

§. II.

Successionis uocabulum uarie sumitur, Successio quid?
partim de successione in iure circa personas, 1.
ueluti de successore in matrimonio, in di-
gnitate, et functionibus publicis, in tutelis,
in imperio; partim de successione iuris circa 2.
res, et uel iuris ad rem, qua cessionarius
succedit cedenti, uel iuris in re, eaque uel 3.
singulari per titulum ad transferendum do-
minium habilem, ut emtionis uenditionis,
permutationis cet. uel in re uniuersali, eaque 4.
iterum uel indeterminata (*), qualis est he-
reditas, *l. 24. D. de uerbor. signif.* et bono-
rum possessio, uel in re uniuersali determi- 5.
nata aut per legem uel etiam ultimam uolun-
tatem, ueluti successio in legitima, *Nouell.
CXV. cap. 3,* (**) in portione statutaria, in
gerada de iure Saxonum, CARPZOV. *part. II.
const. 14. def. 23. n. 8.* aut per conuentionem,

(*) Et titulo uniuersali.
(**) Quae ibidem fit titulo uniuersali.

ut fucceffio in dote (*), *l. 5. pr. D. de impenf. in rem dotal. fact.* et ibi gloff. et Br. aut in peculio. *pr. Inft. quib. non eft permiff.*
6. *fac. Teftament.* Quorfum itaque referenda fit fucceffio feudalis, qua in re feudali fucceditur, uidendum eft.

§. III.

Feudum unde? Atque breuiter hic repetendum, quid feudum denotet. Porro ueteres non *feudum*, fed *feodum* fcripferunt, et pronunciarunt, quomodo hodieque nonnullis in locis: eique contradiftinxerunt *allodium*. Vtraque uox eft Teutonica, et compofita ex *od*, quod rem, fundum, bona, fignificat, pro quo hodie dicimus *Guth.* Quum uero res aut bona noftra fint duplicis generis, et uel plene in noftro dominio, uel non plene, ita ut dominium fit diuifum inter dantem et accipientem: prius uocarunt *Allod*, allodium, pofterius *Feod*, feodum, feudum, quod alludendo dici poffet quafi *fagus*, cuius dominium utile accipitur ab retinente dominium directum. Hodie dicimus *Lehn*, *Lehn-Guth*, funt enim correlata *lethen*, concedere, inueftire, et *fahen*, *empfahen*, accipere, inueftiri: ficut Franci uocent *leode*, quafi diceres *Leth Guth*, fecundum aliquos hanc in rem etiam ufurparunt, qua de re alibi latius. Sed magis eft, ut natales huius uocabuli a Saxonum ueterum uocabulo arceffamus *fee*, quod ftipendium militare,

(*) Succeffio per pactum non datur iure Romano.

militare, etiam togatae militiae, denotauit, reliquum adhuc in Scotia et Anglia, teste Spelmanno in *Glossario*, et Io. Skenaeo *Annot. ad leges Malcolmi II. regis Scotiae, a. 1004.* Thom. Cragio, *Feudor. lib. I. p. 41.* Re uera enim feudum nihil aliud erat, quam res, fundus, aut certi reditus, siue naturales, siue ciuiles, iure salarii siue stipendii militaris dati et concessi: itaque cessante seruitio, cessabat et feudum, donec iure hereditario ad heredes feudales deferretur, de qua re mox. Antequam hoc uocabulum in usum Latinae scribentium saeculo forte decimo et undecimo reciperetur, auctores et interpretes consuetudinum feudalium uoce *beneficii* usi sunt: nam et Romani eam in simili significatione usurparunt. S. Augustinus *Serm. I. in uigilia Pentecostes* ait: *notum est, quod milites saeculi beneficia temporalia a temporalibus dominis accepturi prius militaribus sacramentis obligantur, et dominis suis fidem se seruaturos profitentur.* Hyginus *de limitib. constit.* (*pag.* 193. edit. Goesii): *si qua beneficia concessa aut assignata coloniae fuerint, in libro beneficiorum adscribemus.* Inde Franci et Germani uerbo *beneficiare* pro inuestire usi. Carolus M. in charta diuisionis regni a. 806. §. 2. ibi: *uillas, quas nos quondam Tassiloni beneficiauimus.* Sed haec hoc loco sufficiunt. Benefi-cium.

§. IIII.

Etsi uero res tam singularis, quam uniuersalis, in feudum dari potest, sicut et in dotem, aut in peculium, *l. 65. §. 1. D. de rei* Feudum quid?

uindicat. tamen quemadmodum dos aut peculium ſua natura eſt uniuerſitas quaedam, ita etiam feudum, quantumuis res ſingularis uideatur, mutat tamen naturam, et habetur pro re uniuerſali determinata ſiue per contractum inueſtiturae, ſiue per legem aut conſuetudinem, ſiue etiam per ultimam uoluntatem, contradiſtincta uniuerſitati et patrimonio allodiali, adeoque et ſucceſſionem uniuerſalem recipit, contradiſtinctam allodiali. Quaecumque porro ſucceſſio eſt ſpecies *ἀντιδιηρημένη*, et contradiſtincta ſucceſſioni hereditariae allodiali, illa eſt uniuerſalis, non ſingularis, ſucceſſionis ſpecies: quippe quum utraque ſub eodem communi ſucceſſionis *) uniuerſalis et hereditariae genere contineatur, et heredes aut ſucceſſores in uniuerſitate partim in allodiales et feudales diſpeſcuntur, atque noſtro iure uaſallus moriens talem relinquit hereditatem, quae in uniuerſum duabus partibus ſeparatur, quarum altera hereditatem feudalem, (*das Leben*), altera hereditatem allodialem, (*das Erbe*), continet, utraque autem eſt uniuerſitas, et duplicis generis heredes ac ſucceſſores, conſtituit, feudales, (*Lehens-Erben*), et allodiales, *Land-Erben*), nam et illi ſunt heredes, *I. Fend.* 1. §. 2. Conf. Hulder. de Eyben *Elect. iur. feudal. cap.* 7. §. 7. *ſeqq.* (**)

§. V.

(*) Et tituli.

(**) Et *l. uń. C. ſi liberalit. imperat. ſoc.* et *l.* 1. *l.* 2. *C. Th. ſi petit. ſoc. ſine hered. deſec* 10. 14. ubi pars decedentis, *h.* e. hereditatis, peruenit ad ſocium,

§ V.

Enimuero primaeuo iure feudali nulla successio feudalis competebat, sed uel uiuo, uel saltem mortuo uasallo consolidatione utile dominium reuertebatur ad dominum directum. Constat hoc ex Gerardo Nigro. *I. Feud. 1. §. 1.* ait: *Antiquissimo tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut, quando uellent, possent auferre rem in feudum a se datam: postea uero eo uentum est, ut per annum tantum firmitatem haberent: deinde statutum est, ut usque ad uitam fidelis produceretur;* ut ita hoc iure feuda per successionem ad filios nondum pertinerent. Quod ius hodienum remansisse in feudis guardiae, et gastaldiae, et quod pro mercede alicui datur, Bald. *in I. Feud. 15. § et quia uidimus. n. 2* Duaren. *de Feud. cap. 9, 13.* conf. *I. Feud. 7. §. fin. moderni;* pro quo Cuiacius *Mediolanenses* conatur obtrudere, inuitis codicibus manuscriptis et interpretibus. Facile autem constat, istam *§. moderni*, esse additamentum aliquod posterioris aeui, et secundum illud etiam interpretanda ea, quae *I. Feud. 15. et 16.* ex iure ueteri proposita cer-

Successio in feudo an? non iure ueteri,

socium, pars ad filium uel heredem testamentarium. Dissentit cum Peregrino Brunnemannus ad *h. l.* Eybenius uocat successionem hanc mixtam, quia non sit uniuersalis seu uere hereditaria, quod ego uoco indeterminatam, neque etiam mere singularis est, sed saltem effectu cum uniuersali conuenit. Iam uero etiam forma, sed generica, et determinatio ad feudalia et allodialia facit formam specificam.

cernuntur. Simile exemplum *II. Feud 30. de feudo feminae, uers. alii uero*, aduertendum est, et alibi; ita ut libri hi feudales non *ἁπλῶς* Gerardo et Oberto adiudicandi ueniant, sed tantum originarie. Atque hoc non tantum moribus Langobardorum et Germanotum, sed etiam Francorum obtinuisse, docet Antonius Dadinus Alteserra libro singulari *de origine et statu feudorum*
Sed medio. 1. *pro morib. Galliae, cap. 2.* At uero a Ludouico Pio coepisse feuda transire ad liberos (*), teste Thegano, libro *de gestis Ludou. Pii*,
Filiorum. *cap. 19.* Ait hic: *An tantum largus, ut antea nec in antiquis libris, nec in modernis temporibus auditum est, ut uillas regias, quae erant sui et aui et tritaui, fidelibus suis tradidit eas in possessiones sempiternas, et praecepta construxit, et annuli sui impressione cum subscriptione manu propria roborauit.* Regino: *an. Dom. incarnationis 940. Vto comes obiit, qui* PERMISSV REGIS *quidquid beneficii aut praefecturarum habuit, quasi* HEREDITATEM *inter filios diuisit.* Odo Cluniacensis de Geraldo, comite Aureliacensi, *lib. I. cap. 17.* qui uixit tempore Caroli simplicis: *neque hoc patiebatur, ut quilibet senior beneficia a uasso pro qualibet animi commotione posset auferre.* Gerardus Niger loco allegato ea de re ita: *sed cum hoc iure successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad* FILIOS *deueniret, in quem scilicet*

DOMI-

(*) Non quidem de iure communi, sed ex speciali concessione.

DOMINVS *hoc* VELLET *beneficium confirmare.* Iraque aut diuisio impetranda erat a domino, aut dominus ex pluribus filiis uasallum eligebar. Pergit: *Quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes* AEQVALITER *filios pertineat*; nullo iure primogeniturae aut maiorarus admisso, neque iure testandi, *I. Feud. 8. pr.* ira ut quamuis filii in testamento sint inaequalirer instituti, tamen aequaliter succedant, ut annotat Baldus *ad d. cap. 1. Feudor. I.* et §. *quia uidimus.* Vid. Bitsch, *ad I. Feudor. 8. pr.* (*).

§. VI.

Id per Conradi Salici imp. constitutionem, quum a. Chr. 1027. Romam proficisceretur, ad preces statuum et uasallorum imperii stabilitum et extensum fuit etiam ad nepotes ex filio, qui *auiatici* in constitutione adpellantur, quae uox reperitur *lib. III. legum Langobardicarum, tit. de benefic. et terris tributar. 8. cap. 4.* et apud Heroldum in fine *Originum ac German. antiquit. librorum. pag. 344:* et quam excerpsit Gerardus dict. *I. Feudor. 1. §. 2.* sed interpolatam aliquo modo, quod ex collatione utriusque adparet.

Constitutio Conradi imp.

2. Nepotum ex filio.

I. Feud. 1. §. 2.

(*) Geruasius Tilleberiensis MS. *Lib. II. de otiis imperial.* de Henrico II. imp. *hic legem instituit apud Teutones, ut militiae more Gallorum et Anglorum, successionis iure deuoluerentur ad proximiores agnationis gradus, cum antea penderent ex principis gratia.* Refert du Fresne in *Glossario, uoce militia. pag. 548.* An de Henrico II. an III. Conradi Salici filio?

adparet. Constitutionis pars, quae huc facit, haec est: *praecipimus etiam, ut quum aliquis miles, siue de maioribus, siue de minoribus, de hoc saeculo migrauerit, filios eius beneficium tenere: si uero filios non habuerit, et auiaticum ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, seruato usu maiorum ualuasorum in dandis equis et armis suis senioribus* (*). *Si forte auiaticum*
3. Fratrum. *ex filio non reliquerit, sed fratrem legitimum ex parte patris reliquerit, sed seniorem offensum habuerit*, (ob quod ab initio a successione simultanea (**) cum fratre defuncto exclusus fuit, quum alias feudum ad omnes aequaliter pertineat) *et sibi* (domino) *uult satis*

(*) Species releuii seu laudemii.

(**) Sed praeter hoc etiam peculiare requisitum hic sublitescit, quod scilicet impetranda fuerit inuestitura simultanea saltem de futura possessione, id quod in constitutione Conradi si non fuit expressum, tamen tacite subintellectum fuisse, aperit praxis ab illo usque tempore per totam Germaniam, quae deinde in Langobardia et Italia pedetentim ab usu recessit, quum status regni Italici a moribus et imperio Germ. de facto recederent. Consuetudo porro uniuersalis Germaniae de fundamento successionis non ex sola agnatione, sed ex simultanea inuestitura et facto successuri, constat atque probatur ex iure Saxonico, quod adhuc uiget, itemque ex iure Alemannico feudali et doctoribus, atque usu et exemplis inuestiturarum. Qui igitur intentionem suam in hoc fundamento ponit, eius intentio est fundata, et aduersarius eam negans probare tenetur, in hac uel ista familia in desuetudinem abiisse istam consuetudinem.

satis facere (purgata felonia), *et miles eius esse, beneficium, quod patris sui fuit, habeat, servato usu maiorum ualuassorum in dandis equis et armis suis senioribus.* Gerardus: *cum uero Conradus Romam proficisceretur, petitum est a fidelibus, qui in eius erant servitio, ut lege ab eo promulgata hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur: et ut frater fratri sine legitimo herede defuncto,* VEL FILIVS *in beneficio quod eorum patris fuit, succedat.* Hic Gerardus omisit, quod Conradus hic *filiorum* inprimis successionem stabiliuit, eorumque regulariter *aequalem*, remoto primogeniturae et linearum iure, tum temporis incognito: nisi forte unus aut (*alter*) contumacia et felonia offenderit seniorem, et propterea ad successionem admissus non fuerit, tunc ceteri soli ad inuestituram admissi. Deinde auiaticorum siue *nepotum* successio ita fuit introducta, ut ii iure repraesentationis una cum patruis succederent auo, sicut baecenus in allodiis per constitutionem Ottonis I. imp. de anno 948, quam Witichindus *lib. II. de gest. Saxon.* refert, et iam pridem rex Langobardorum Rotharis aut Grimoaldus in regno suo idem introduxerat, ut constat ex *lib. II. legum Langob. tit. 14. l. 19.* conf. si lubet Rosenthal. *de feud. cap. 7. n. 10.* neque enim putandum est, patruos hic a nepotibus exclusos in feudo paterno. Denique, nepotibus non exstantibus, in feudo paterno quum iam tum fratres aequaliter successerint, pars feudi per mortem fratris improlis uacua adcrescit

quasi

quasi fratribus superstitibus, uel potius hi in ista succedunt, vid. Bald. *ad I. Feudor. t. n. 4.* sed si u. g. Titius decesserit, et reliquerit duos filios, quorum alter seniorem offendens ad successionem non admissus, sed alter solus, qui decedit nullo filio nec nepote relicto, sed *fratrem* illum *legitimum ex parte patris* (h. e. ex linea paterna, exclusa materna et fratre uterino), reliquerit, qui offenderat seniorem, quaesitum, an hic iam succedere possit? decidit imperator, posse, si felonia remissa fuerit.

§. VII.

4. Ex fratre nepotum. Quem specialem casum omittens Niger, tenorem constitutionis ita effert: *et ut fratter fratri sine legitimo herede defuncto*, VEL FILIVS *in beneficio, quod eorum patris fuit, succedat*; quod ita intelligi possit, quasi post nepotes demum patrui a Conrado admissi, quod tamen menti et legislatoris, et ipsius Gerhardi, atque iuri tum temporis recepto absonum est. Praeterea adiicit glossema et auctarium hoc: *uel filius*; quod alii, ut Cuiacio, mendosum uisum, et uel expungendum, uel corrigendum et immutandum in *ueluti filius*. Sed communis lectio utique retinenda, non quidem quasi sit expressa in constitutione Conradi imp. sed quod ex ratione iuris ex usu fori feudalis hoc interpretamentum extensiuum Gerhardus adiecit, ut, sicuti auo nepos ex filio, ita et fratri nepos ex fratre succedat. Id quod tamen idem statim restringit ad feudum paternum seu auitum, quod et antiquum dicitur, excepto feudo

nouo.

nouo. Itaque pergit: *sin autem unus ex fratribus a domino feudum acceperit*, (de nouo, non delatum a patre), *eo defuncto sine legitimo herede frater eius in feudum non succedit: quod etsi communiter acceperint*, (per simultaneam inuestituram), *unus alteri non* (magis) *succedit, nisi hoc nominatim dictum sit*, (per pactum inuestiturae adiectum) *scilicet ut uno defuncto sine legitimo herede alter succedat: herede uero relicto, alter frater remouebitur*.

§. VIII.

5. Agnatorum ulteriorum.

Atque ita porro ad agnatos succeffio feudalis ad instar iuris ciuilis fuit admiffa, exclufis regulariter feminis et cognatis: qua de re pergit Gerhardus: *hoc autem notandum est, quod licet filiae, ut masculi, patribus succedant, legibus* (ciuilibus, Iuftinianeis: ita enim cum Accurfio et Cuiacio interpunctio facienda, contra quam uulgo), *tamen a succesfione feudi remouentur*, (confuetudine et conftitutionibus feudalibus). Ratio adiecta cernitur, *quia neque faidam leuare, uel pugnam facere poffunt*; quae a uulgaribus editionibus abfunt, uetus tamen codex Cuiacianus ea habet, et P. Pithoeus ita legit in *Gloffar. leg. Salicae, tit. 62. in fin.* Accurfius quoque, ut ex eius gloffa adparet, ubi *faidam* per inimicitiam exponit: *leuare* enim *faidam* eft inimicitias et bellum denunciare, *Fede erregen*. Ratio haec et formula loquendi iam tum exftat in conftitutione Luitprandi, regis Langobardorum, *lib. I. legum Langob. tit. 9. lib. 18.* et *tit. 18. l. 1.* similiter dicitur *feditionem leuare.*

uare. itemque *leg. Baiuarior. tit. 2. §. 3. similiter et earum filii*, (cognati), *nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat* feudi successio, pacto inuestiturae adiecto. Neque
1. tamen adhuc recepta fuerat post Conradi constitutionem tota agnatorum successio, sed restricta dumtaxat ad filios fratrum, ut Gerhardus modo adiiciebat, siue ad patrueles: unde pergit §. 4. *hoc quoque sciendum est, quod beneficium hoc* (successionis scilicet, contra quam alii intelligunt, textum quoque corrigentes), *ad uenientes ex latere ultra fratres patrueles non progreditur successione secundum usum ab antiquis sapientibus constitutum* (*).
2. Sed postea ius Romanum eatenus admissum, ut, ad quem usque gradum cognati eo iure succedunt, ad septimum scilicet, *l. 9. pr. D. unde cognat.* et *§. 5. Inst. de success. cogn.* in feudali successione agnati eousque admitterentur. Gerhardus pergens ait: *licet moderno tempore usque ad septimum geniculum* (generationem, gradum), *sit usurpatum*, (usu introductum). Ratio erat, quod iam tum in successione allodiali id a Langobardis receptum fuerat, ut constat ex Rotharis regis

(*) Atque hucusque etiam successio feudalis obtinet iure Saxonico et Alamannico feudali. Vid. *Ius feud. Alam. cap. 43. §. 2. et cap. 83. §. 1. Ius Saxon. feud. cap. 21. et 32.* Itaque nulla est differentia iuris Saxon. et Alam. et utroque iure agnati ulteriores succedunt sibi inuicem per inuestituram simultaneam, alias non; sed iure Langobardico id introductum, ut iure sanguinis succedant.

gis leg. 1. *lib. II. tit. 14. omnis parentela in septimum geniculum numeretur, ut parens* (cognatus) *parenti per gradum et parentelam heres succedat.* Arque hoc iure usos fuisse Langobardos tempore Gerhardi Nigri, qui scripsisse fertur a. Chr. 1151. ipsius uerba testantur; *moderno tempore:* unde uerba sequentia non uidentur esse Gerhardi, sed recentioris manus, *quod in masculis descendentibus hodie nouo iure usque in infinitum extenditur;* atque Accursius testis est, quosdam codices ea uerba non habere. Et Baldus haec uerba hic non legit, sed ait *n. 16. sed certe alibi dicit littera, quod etiam agnati succedunt in infinitum.* Quidquid sit, si de descendentibus defuncti, de cuius successione quaeritur, et non de collateralibus defuncti et descendentibus primi adquirentis, (de quibus tamen hic alioquin loquitur auctor), uerba haec adiecta intelliguntur, possent pro genuinis haberi. Ceteroquin uerum est, eriam collaterales siue agnatos nouissimo iure in infinitum succedere, ut ex progressu patebit. Vid. interea, si lubet, Rosenthal. *cap. 6. concl. 56. 6.* 5.

§. IX.

Iuris Romani usus in caussis feudalibus.

Ex his adparet, postquam ius successionis receptum est in feudis, id factum fuisse secundum ius Romanum, nec tamen ex toto, sed ex parte. Adeo autem receptum fuisse constat, ut et uerba eius iuris expressa in hoc nostro fuerint. Nam quod Iustinianus *§. 2. Inst. de hered. qualit. et differ.* ait: *si quis intestatus moriatur, prima caussa est in successione liberorum,* illud *II. Feud. 2.* Hubertus

 ab

ab Orto ita sequutus: *mortuo eo, qui beneficium tenebat, prima caussa liberorum est.* Quoad fratrum et nepotum ex fratre successionem ex Conradi imp. constitutione, ut §. 5. uidimus, nepos ex fratre nondum admissus. Similiter iure Romano. Ait Iustinianus: *si plures sunt gradus agnatorum, aperte lex XII. tabularum proximum uocat. Itaque si sint defuncti frater et alterius filius, aut patruus, frater potior habetur.* Quod utroque tamen iure postea correctum. Atque generalem regulam suggerit Obertus *II. Feudor.* 37. ibi. *ad agnatum proximum em feudum pertinebit, si paternum fuerit: eodem prorsus obseruando quantum ad* ORDINEM GRADVS, *qui continetur in legibus:* ubi per *leges* ius Romanum intelligi, communis doctorum est consensus, usu fori et summorum tribunalium confirmatus, nec alio iure successionis feudalis gradus computari, quam iure ciuili Romanorum, quod et Cuiacius probat. Primus fere Hotomannus, singularitatem captans, contrarium obtrudere uoluit, quem pauci sequuti: sed excussit eius opinionis fundamenta sat lubrica H. a Rosenthal, *cap. 7. concl. 57,* Contra uero Baldus *Praef. sup. Feud. n. 47.* generatim ait: *casus consuetudinis* feudalis *non determinatus, relinquitur determinationi iuris communis.* Nam et id ipsum iam tum Obertus de Orto *II. Feudor. 1.* inculcarat: *strenuus,* inquit, *legis peritus, sicubi casus emerserit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, absque calumnia uti poterit lege scripta.* Legem porro

scriptam

ſcriptam adpellat, quam ante dixerat modo ius Romanum, modo leges noſtras, modo leges Romanas. Id quod nec recentiores reſpuunt. Franc. Sonsbeccius *ad Vſus feudor. part. IX. n. 86.* notat: *una maxima hic fuerit praeſupponenda, nempe in feudis quum deciſionem cauſſas non habemus, tunc recurrendum perpetuo ad ius ciuile, cap. 1. §. ſtrenuus, de feud. cognit.* Conf. Aluarott. *ad dict. tit. de feud. cognit. n. 5.*

* * * * * * * * * * * * * *

CAPVT. II.

DE DIFFERENTIIS IVRIS CIVILIS, ET FEVDALIS IN SVCCESSIONIBVS.

* * *

§. I.

Praemiſſa itaque uerborum ſignificatione, et huius iuris ſucceſſorii hiſtoria, rem ipſam aggredimur, et titulum propoſitum conſideramus. Is ſpeciem aliquam reſponſi prudentum continet, cuius auctorem eſſe Obertum ſiue Hubertum ab Orto, alterum celebrem conſuetudinum feudalium compilatorem, partim ex inſcriptione libri huius ſecundi, partim ex ſequente titulo conſtat, ut progredientes §. 18. uidebimus. Scopus auctoris eſt hic: antea diximus, ex iure Romano receptam fuiſſe ſucceſſionem iuris communis, etiam in rebus feudalibus: at uero Tit. 50. lib. II. Auctor. Scopus.

quum istud non in totum et absolute, sed ex
Partitio. parte factum sit, itaque prima pars huius tituli uersatur in explicandis differentiis, quae intercedunt inter successionem iuris ciuilis simpliciter, quae et allodialis dicitur, et inter successionem iuris feudalis. Altera deinde pars speciatim circa successionem agnatorum occupatur in feudo paterno succedentium, ut et Baldus bene partitus, quem communiter sequuntur.

§. II.

Differentiae iuris ciuilis et feudalis. 1 Adscendentium. Prior pars quatuor differentias exponit iuris succedendi allodialis et feudalis. Prima est circa *adscendentes*. Tralatitium est, quod iure communi et Iustinianeo nouissimo adscendentes, descendentibus non exstantibus, ad liberorum hereditates admittuntur, per *Nou.* CXVIII. *cap. 2.* idque in solatium amissorum liberorum, mortalitatis ordine turbato. quo iure etiam nos in hereditatibus allodialibus utimur. At secus est in feudali-
Regula. bus. Ait textus: *successionis feudi talis est natura, quod adscendentes non succedant: uer-*
Ratio. *bi gratia, pater filio.* Ratio huius iuris ex natura successionis feudalis sumenda innuitur, quippe quae eo non fuit extensa, nec ius ciuile hactenus receptum in feudali successione. Hanc naturam Obertus *II. Feudor, 23.* ulterius sic exponit: *huius autem generis* (beneficii in genere) *species quaedam est beneficium illud, quod ex beneuolentia ita datur alicui, ut proprietas* (dominium directum) *quidem rei immobilis beneficiatae penes dantem remaneat, ususfructus uero* (feudalis siue

domi-

dominium utile) *illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesque suos masculos siue feminas, si de his nominatim dictum sit, in perpetuum pertineat: ad hoc, ut ille et sui heredes fideliter domino seruiant.* Atque sicuti Romanis legislatoribus placuit ae usufructu, ne in uniuersum inutiles essent proprietates, semper abscedente usufructu, certis modis eum ad proprietatem reuerti, *§. 1. Inst. de usufr. L. 56. D. de usufr.* ita et feudalis iuris auctoribus placuit, ne exstinctis descendentibus, et recepta in totum successione allodiali, in perpetuum inutile sit dominium directum, non tantum certis casibus reuerti dominium utile ad directum, sed speciatim quoque ne adscendentibus deferatur successio, sed dumtaxat ad eos, qui per masculos a primo adquirente DESCENDVNT, *II. Feud. 31.* quos uocamus **Leibes-Lehens-Erben**, quasi dicas qui de *corpore* uasalli oriuntur legitime, quod de adscendentibus dici nequit.

§. III.

Ad *naturam* tamen successionis feudalis hoc tantum pertinet, non ad essentiam, quae per se est inmutabilis; ceteroquin natura haec per *pactum* adiectum mutabilis est, et casus dari possunt, ut etiam pater filio succedat in feudo, si hoc expresse in inuestitura continetur. *II. Feud. 84.* Idem est si consuetudine aut *constitutione* speciali id introductum alicubi fuerit, ubi feudum situm est, ut post doctores allegatos tradit Schrader. *de feud. cap. 6. §. 4.* Sed et *tacita* conuentione

Exceptiones.

1.

2.

3.

tione succeſſionem adſcendentium iuris feudalis interpretes admittunt, quoties filius intuitu patris, et propter eius benemerita praeſtita, inueſtitus fuerit, et improlis deceſſerit: a quibus diſſentit *Struu. de feud. cap. 9. aphor. 3. n. 4.* Cautus pater hunc caſum ſibi in filii inueſtitura exptimi curabit. Itemque ſimilitet ſi pater feudum domino in fauorem filii refutauerit, ut eo uiuo ad filium perueniret, et filius deceſſerit, ſuperſtite patre. Argumento *II. Feud. 14.*

§. IV.

Quaeſtio. Denique Henticus a Roſenthal indiſtincte adſerit, *adſcendentes in feudo paterno ſiue auito, quod ad filium forte peruenerat, ei ſine deſcendentibus mortuo ſuccedere regulariter*;
Ratio dubitandi. ob has rationes, *primo* quod textus noſter de nouo tantum, non de paterno loquatur, qua-
1. re in diſpoſitione iuris communis manendum. At hoc argumentum in adſumtione uacillat: nam titulus noſter non tantum generatim de feudo loquitur, adeoque et de paterno ſiue ueteri, et de nouo; ſed etiam expreſſe de pa-
2. terno atque ueteri, ut inſpicienti patet. *Altera* eius ratio petita eſt ex allegato textu *II. Feud. 14. de uaſall. decrep. aetat.* quod ratio ibi, cur pater admittendus, non allegatur alia, quam quod feudum non ſit nouum per iſtam refutationem, ſed manſerit paternum. Verum non quaeſtio ibi eſt de patris ſucceſſione, quippe qui in caſu ibi propoſito mortuus proponitur, ſed de fratre et domino, uter ſuccedat, et ratio decidendi ex qualitate feudi paterni atceſſitur. Etſi uero etiam

haec

haec ratio ad patris adhuc uni successionem adplicari poterit, non tamen ita generaliter per hunc quidem textum, sed in iisdem terminis refutationis paternae in fauorem filiorum; non uero refutationis merae et absolutae; multo minus in uniuersum nulla interueniente paterna refutatione, in quibus tamen terminis Rosenthalius quaestionem formauit. *Tertia* ratio nihil conficit in uniuersum, sed hoc tantum, quod dari possint casus excepti, quibus adscendentes succedant in feudo, de qua re nulla est dubitatio. *Vltima* eius ratio in auctoritate fundatur quorumdam doctorum, inter quos et Schraderum recenset, et quod camara imperialis non in contrarium iudicauerit. At plerique omnes auctores ibi allegati loquuntur de casibus tantum exceptis, non de regula, quod et Struuius animaduertit *cap. 9. aphor. 3. n. 3.* neque auctoritatibus res conficitur, praesertim si contrariis auctoritatibus pugnatur; sed ratione. Denique a re iudicata negatiue nulla est consequentia; argumento enim est, quod casus non oblatus fuerit, de quo ita uel aliter iudicaretur, sed oportebat rem iudicatam in terminis adferri. Magis itaque est, ut communem sequamur sententiam, et regulariter adscendentes ne quidem in feudo ueteri ad successionem admittamus. *Conf. cap. 3. §. 16.* 3. 4. Decisio.

§. V.

Alia quaestio hic oritur, *an in casibus illis exceptis, ubi pater succedit filio, etiam una cum patre defuncti frater superstes admittatur?* Quaestio.

M 5 Quod

tuus fuerit et reliquerit filiam: filia non habeat beneficium patris. II. Feud. 11. mortuo eo, qui beneficium tenebat, prima caussa liberorum est; filius enim exsistentibus (masculis) uel ex filio nepotibus, uel deinceps per masculinum sexum descendentibus, ceteri remouentur agnati. Ad filias uero seu neptes uel proneptes, uel ex filia nepotes, seu pronepotes, successio feudi non pertinet. Proles enim femininі sexus, uel ex feminino sexu descendens, ad huiusmodi successionem adspirare non potest.

§. VII.

Ratio. Rationem huius regulae feudalis ex *I. Feud. 1.* supra iam attuli *§. 8. cap. 1.* eaque confirmatur ex primaeua feudi natura, qua loco stipendii militaris aut palatini feudum concedebatur, cuius neutrius capax femina. Quae ratio communis est etiam in *alode Salica*. Etsi enim tempore legis Salicae conditae h. e. Dagoberti, beneficia non fuerunt transitoria ad heredes, nihilominus tamen alode etiam terrae Salicae non transibat ad filias, *tit. 62.* qui est *de alodis*, quum de alode in genere liberos uocasset, et deinde parentes, et postea fratres et sorores, ac deinceps sequenti modo: I. *si quis mortuus fuerit, et filios* (liberos, aut filios quoque *l. 116. D. de uerb. sign. l. 45. de legat. 2.*) *non dimiserit, si pater aut mater superstites fuerint, in ipsam hereditatem succedant.* II. *Si pater et mater non superfuerint, et fratrem aut sororem dimiserit, in hereditatem ipsi succedant.* III. *Si isti non fuerint, tunc soror* MATRIS *in hereditate succedat.* IV. *Si uero soror*

foror matris non fuerit, sic soror PATRIS *in hereditate succedat.* V. *Et postea sic de illis generationibus, quicumque proximior fuerit, ipsi in hereditate succedant, qui ex paterno genere ueniunt.* Tandem successioni in alode opponit successionem in terra Salica, et filias ac feminas omnes excludit. VI. *De* TERRA *uero* SALICA *in mulierem nulla portio hereditatis transit, sed hoc uirilis sexus adquirit; hoc est, filii in ipsa hereditate succedunt.* Terra salica est, inquit Goth. Wendelinus in *Glossario Salico*, ille fundus uel praedium, quod salicus homo possidet: qui ut nobilis est ac liber, ita et bona sua possidet *libera allode, en Franc Alleu, ut loquuntur.* Salica proin terra intelligitur, quae est salico uiro data in allodem suam pro stipendio nobili; quaeque ab aula aliqua, summaque aut subalterna SALA ita dependet, ut ab ea separari non debeat. Quoniam ergo salicorum hominum est, armis tueri rem publicam foris; domi uero legibus eamdem moderari; coram principe, comite, siue eorum uicariis, cum SCUTO in malbergiis ac SALA considere, iusque reddere, quae utraque aliena sunt a feminis; merito certe feminae, sicut ab officiis ciuilibus ac militaribus remotae sunt, ita et a stipendiis istis ac praemiis repelluntur. Haec Wendelinus. Qui porro quaestionem subiicit, an feminae in perpetuum lege Salica a successione remotae? idque negat, sed eo usque tantum, dum uirilis sexus exstiterit. Quae ipsa limitatio in lege Ripuaria, quae etiam Francica est, *tit. 56.* continetur

uare. itemque *leg. Baiuarior. tit. 2. §. 3. similiter et earum filii,* (cognati), *nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat* feudi successio, pacto inuestiturae adiecto. Neque
1. tamen adhuc recepta fuerat post Conradi constitutionem tota agnatorum successio, sed restricta dumtaxat ad filios fratrum, ut Gerhardus modo adiiciebat, siue ad patrueles; unde pergit §. 4. *hoc quoque sciendum est, quod beneficium hoc* (successionis scilicet, contra quam alii intelligunt, textum quoque corrigentes), *ad uenientes ex latere ultra fratres patrueles non progreditur successione secundum usum ab antiquis sapientibus constitutum* (*).
2. Sed postea ius Romanum eatenus admissum, ut, ad quem usque gradum cognati eo iure succedunt, ad septimum scilicet, *l. 9. pr. D. unde cognat.* et *§. 5. Inst. de success. cogn.* in feudali successione agnati eousque admitterentur. Gerhardus pergens ait: *licet moderno tempore usque ad septimum geniculum* (generationem, gradum), *sit usurpatum,* (usu introductum). Ratio erat, quod iam tum in successione allodiali id a Langobardis receptum fuerat, ut constat ex Rorharis regis

(*) Atque hucusque etiam successio feudalis obtinet iure Saxonico et Alamannico feudali. Vid. *Ius feud. Alam. cap. 43. §. 2.* et *cap. 85. §. 1. Ius Saxon. feud. cap. 21.* et *32.* Itaque nulla est differentia iuris Saxon. et Alam. et utroque iure agnati ulteriores succedunt sibi inuicem per inuestituram simultaneam, alias non; sed iure Langobardico id introductum, ut iure sanguinis succedant.

gis leg. 1. *lib. II. tit. 14. omnis parentela in septimum geniculum numeretur, ut parens* (cognatus) *parenti per gradum et parentelam heres succedat.* Atque hoc iure usos fuisse Langobardos tempore Gerhardi Nigri, qui scripsisse fertur a. Chr. 1151. ipsius uerba testantur, *moderno tempore:* unde uerba sequentia non uidentur esse Gerhardi, sed recentioris manus, *quod in masculis descendentibus hodie nouo iure usque in infinitum extenditur;* atque Accursius testis est, quosdam codices ea uerba non habere. Et Baldus haec uerba hic non legit, sed ait *n. 16. sed certe alibi dicit littera, quod etiam agnati succedunt in infinitum.* Quidquid sit, si de descendentibus defuncti, de cuius successione quaeritur, et non de collateralibus defuncti et descendentibus primi adquirentis, (de quibus tamen hic alioquin loquitur auctor), uerba haec adiecta intelliguntur, possent pro genuinis haberi. Ceteroquin uerum est, etiam collaterales siue agnatos nouissimo iure in infinitum succedere, ut ex progressu patebit. Vid. interea, si lubet, Rosenthal. *cap. 6. concl. 56. 6.*

§. IX.

Ex his adparet, postquam ius successionis receptum est in feudis, id factum fuisse secundum ius Romanum, nec tamen ex toto, sed ex parte. Adeo autem receptum fuisse constat, ut et uerba eius iuris expressa in hoc nostro fuerint. Nam quod Iustinianus *§. 2. Inst. de hered. qualit. et differ.* ait: *si quis intestatus moriatur, prima caussa est in successione liberorum*, illud *II. Feud. 2.* Hubertus

Iuris Romani usus in caussis feudalibus.

ab Orto ita fequutus: *mortuo eo, qui beneficium tenebat, prima cauffa liberorum eft.* Quoad fratrum et nepotum ex fratre fucceffionem ex Conradi imp. conftitutione, ut §. 5. uidimus, nepos ex fratre nondum admiffus. Similiter iure Romano. Ait Iuftinianus: *fi plures funt gradus agnatorum, aperte lex XII. tabularum proximum uocat. Itaque fi fint defuncti frater et alterius filius, aut patruus, frater potior habetur.* Quod utroque tamen iure poftea correctum. Atque generalem regulam fuggerit Obertus *II. Feudor. 37.* ibi: *ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, fi paternum fuerit: eodem prorfus obferuando quantum ad* ORDINEM GRADVS, *qui continetur in legibus:* ubi per *leges* ius Romanum intelligi, communis doctorum eft confenfus, ufu fori et fummorum tribunalium confirmatus, nec alio iure fucceffionis feudalis gradus computari, quam iure ciuili Romanorum, quod et Cuiacius probat. Primus fere Hotomannus, fingularitatem captans, contrarium obtrudere uoluit, quem pauci fequuti: fed excuffit eius opinionis fundamenta fat lubrica H. a Rofenthal, *cap. 7. concl. 57.* Contra uero Baldus *Praef. fup. Feud. n. 47.* generatim ait: *cafus confuetudinis* feudalis *non determinatus, relinquitur determinationi iuris communis.* Nam et id ipfum iam tum Obertus de Orto *II. Feudor. 1.* inculcarat: *ftrenuus,* inquit, *legis peritus, ficubi cafus emerferit, qui confuetudine feudi non fit comprehenfus, absque calumnia uti poterit lege fcripta.* Legem porro

fcriptam

ſcriptam adpellat, quam ante dixerat modo ius Romanum, modo leges noſtras, modo leges Romanas. Id quod nec recentiores reſpuunt. Franc. Sonsbeccius *ad Vſus feudor. part. IX. n. 86.* notat: *una maxima hic fuerit praeſupponenda, nempe in feudis quum deciſionem cauſſae non habemus, tunc recurrendum perpetuo ad ius ciuile, cap. 1. ſ. ſtrenuus, de feud. cognit.* Conf. Aluarott. *ad dict. tit. de feud. cognit. n. 5.*

* * * * * * * * * * * * * *

CAPVT. II.

DE DIFFERENTIIS IVRIS CIVILIS, ET FEVDALIS IN SVCCESSIONIBVS.

* * *

§. I.

Praemiſſa itaque uerborum ſignificatione, et huius iuris ſucceſſorii hiſtoria, rem ipſam aggredimur, et titulum propoſitum conſideramus. Is ſpeciem aliquam reſponſi prudentum continet, cuius auctorem eſſe Obertum ſiue Hubertum ab Orto, alterum celebrem conſuetudinum feudalium compilatorem, partim ex inſcriptione libri huius ſecundi, partim ex ſequente titulo conſtat, ut progredientes §. 18. uidebimus. Scopus auctoris eſt hic: antea diximus, ex iure Romano receptam fuiſſe ſucceſſionem iuris communis, etiam in rebus feudalibus: at uero

Tit. 50. lib. II.

Auctor.

Scopus.

quum istud non in totum et absolute, sed ex parte factum sit, itaque prima pars huius tituli uersatur in explicandis differentiis, quae intercedunt inter successionem iuris ciuilis simpliciter, quae et allodialis dicitur, et inter successionem iuris feudalis. Altera deinde pars speciatim circa successionem agnatorum occupatur in feudo paterno succedentium, ut et Baldus bene partitus, quem communiter sequuntur.

Partitio.

§. II.

Differentiae iuris ciuilis et feudalis. 1 Adscendentium.

Prior pars quatuor differentias exponit iuris succedendi allodialis et feudalis. Prima est circa *adscendentes*. Tralatitium est, quod iure communi et Iustinianeo nouissimo adscendentes, descendentibus non exstantibus, ad liberorum hereditates admittuntur, per *Nou.* CXVIII. *cap.* 2. idque in solatium amissorum liberorum, mortalitatis ordine turbato: quo iure etiam nos in hereditatibus allodialibus utimur. At secus est in feudalibus. Ait textus: *successionis feudi talis est natura, quod adscendentes non succedant: uerbi gratia, pater filio.* Ratio huius iuris ex natura successionis feudalis sumenda innuitur, quippe quae eo non fuit extensa, nec ius ciuile hactenus receptum in feudali successione. Hanc naturam Obertus *II. Feudor, 23.* ulterius sic exponit: *huius autem generis* (beneficii in genere) *species quaedam est beneficium illud, quod ex beneuolentia ita datur alicui, ut proprietas* (dominium directum) *quidem res immobilis beneficiatae penes dantem remaneat, usufructus uero* (feudalis siue domi-

Regula.

Ratio.

dominium utile) *illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesque suos masculos siue feminas, si de his nominatim dictum sit, in perpetuum pertineat: ad hoc, ut ille et sui heredes fideliter domino seruiant.* Atque sicuti Romanis legislatoribus placuit de usufructu, ne in uniuersum inutiles essent proprietates, semper abscedente usufructu, certis modis eum ad proprietatem reuerti, *§. 1. Inst. de usufr. l. 56. D. de usufr.* ita et feudalis iuris auctoribus placuit, ne exstinctis descendentibus, et recepta in totum successione allodiali, in perpetuum inutile sit dominium directum, non tantum certis casibus reuerti dominium utile ad directum, sed speciatim quoque ne adscendentibus deferatur successio, sed dumtaxat ad eos, qui per masculos a primo adquirente DESCENDVNT, *II. Feud. 31.* quos uocamus **Leibes-Lehens-Erben**, quasi dicas qui de *corpore* uasalli oriuntur legitime, quod de adscendentibus dici nequit.

§. III.

Ad *naturam* tamen successionis feudalis hoc tantum pertinet, non ad essentiam, quae per se est inmutabilis; ceteroquin natura haec per *pactum* adiectum mutabilis est, et casus dari possunt, ut etiam pater filio succedat in feudo, si hoc expresse in inuestitura continetur. *II. Feud. 84.* Idem est si consuetudine aut *constitutione* speciali id introductum alicubi fuerit, ubi feudum situm est, ut post doctores allegatos tradit Schrader. *de feud. cap. 6. §. 4.* Sed et *tacita* conuen- Exceptiones. 2. 3.

 tione

tione successionem adscendentium iuris feudalis interpretes admittunt, quoties filius intuitu patris, et propter eius benemerita praestita, inuestitus fuerit, et improlis decesserit; a quibus dissentit *Struu. de feud. cap. 9. aphor. 3. n. 4.* Cautus pater hunc casum sibi in filii inuestitura exprimi curabit. Itemque similiter si pater feudum domino in fauorem filii refutauerit, ut eo uiuo ad filium perueniret, et filius decesserit, superstite patre. Argumento *II. Feud. 14.*

§. IV.

Quaestio. Denique Henricus a Rosenthal indistincte adserit, *adscendentes in feudo paterno siue auito, quod ad filium forte peruenerat, et sine descendentibus mortuo succedere regulariter;*
Ratio dubitandi. ob has rationes, *primo* quod textus noster de
1. nouo tantum, non de paterno loquatur, quare in dispositione iuris communis manendum. At hoc argumentum in adsumtione uacillat: nam titulus noster non tantum generarim de feudo loquitur, adeoque et de paterno siue ueteri, et de nouo; sed etiam expresse de pa-
2. terno atque ueteri, ut inspicienti patet. *Altera* eius ratio petita est ex allegato textu *II. Feud. 14. de uasall. decrep. aetat.* quod ratio ibi, cur pater admittendus, non allegatur alia, quam quod feudum non sit nouum per istam refutationem, sed manserit paternum. Verum non quaestio ibi est de patris successione, quippe qui in casu ibi proposito mortuus proponitur, sed de fratre et domino, uter succedat, et rario decidendi ex qualitate feudi paterni arcessitur. Etsi uero etiam

haec

haec ratio ad patris adhuc uiui fucceffionem adplicari poterit, non tamen ita generaliter per hunc quidem textum, fed in iisdem terminis refutationis paternae in fauorem filiorum; non uero refutationis merae et abfolutae; multo minus in uniuerfum nulla interueniente paterna refutatione, in quibus tamen terminis Rofenthalius quaeftionem formauit. *Tertia* ratio nihil conficit in uniuerfum, fed hoc tantum, quod dari poffint cafus excepti, quibus adfcendentes fuccedant in feudo, de qua re nulla eft dubitatio. *Vltima* eius ratio in auctoritate fundatur quorumdam doctorum, inter quos et Schraderum recenfet, et quod camara imperialis non in contrarium iudicauerit. At plerique omnes auctores ibi allegati loquuntur de cafibus tantum exceptis, non de regula, quod et Struuius animaduertit *cap. 9. aphor. 3. n. 3.* neque auctoritatibus res conficitur, praefertim fi contrariis auctoritatibus pugnatur; fed ratione. Denique a re iudicata negatiue nulla eft confequentia; argumento enim eft, quod cafus non oblatus fuerit, de quo ita uel aliter iudicaretur, fed oportebat rem iudicatam in terminis adferri. Magis itaque eft, ut communem fequamur fententiam, et regulariter adfcendentes ne quidem in feudo ueteri ad fucceffionem admittamus. *Conf. cap. 3. §. 16.* 3. 4. Decifio.

§. V.

Alia quaeftio hic oritur, *an in cafibus illis exceptis, ubi pater fuccedit filio, etiam una cum patre defuncti frater fuperftes admittatur?* Quaeftio.

Quod quidem in omnibus illis casibus neque negari, neque affirmari poterit; ueluti si pater per pactum inuestiturae solus succedit, aut per constitutionem singularem, tunc negatiua certi iuris erit. Sed in dubiis casibus an pater succedens fratrem defuncti excludat, quaestio est. Etsi uero pro negatiua ex hoc ipso titulo fundamentum quaeritur, ex uerbis, *proximiores respectu aliarum linearum*, et haec hypothesis constituitur; in successione feudali propinquiores gradu atque linea remotiores utrimque excludere; patrem autem et gradu et linea esse proximiorem fratre defuncti; itaque excludere illum, et solum succedere filio. Primo enim nec ex titulo hoc, nec ex ratione iuris, siue ciuilis, siue feudalis, solide probatur proximitas inter lineas aut linearum, sed toto iure feudali proximitas est adfectio gradus, non lineae. Nec primogeniti linea proximior patri est, quam secundogeniti et deinceps: nec linea recta et linea obliqua altera altera proximior est; sed frater patre remotior est, non lineae ratione, sed gradus siue generationis. Etsi itaque pater gradu proximior est in casu proposito, propterea tamen haec proximitas non sufficit ad excludendum filium superstitem, siue defuncti fratrem, quia quum de iure feudali haec quaestio decisa non sit, igitur ex iure communi siue Iustinianeo decidendi ratio arcessenda, secundum ea, quae *cap. I. §. 7.* dicta sunt. Atqui eo iure filius superstes cum patre admittendus est per *Nou. CXVIII. cap. 2.* quae communis est doctorum senten-

Ratio dubitandi.

sententis, Schrader. *Part. VII. cap. 6. §. 11.* Rosenthal. *cap. 7. concl. 14. num. 24.* Schultz. *de feud. cap. 8. §. 17.* Secus iure Saxonico, quo pater filium excludit. *Ius prou. Sax. lib. I. art. 27.* Dissentit a communi Andreas de Isernia, et Matth. de Afflictis *ad II. Feud. 14. de natall. decrep. aetat. n. 2. in fin.* quamquam hic posterior dubitatiue fere decidere aut Iserniatem sequi uidetur: quos et Struuius *cap. 9. aphor. 3. num. 3.* sequitur.

§. VI.

Altera differentia iuris circa successionem allodialem et feudalem est circa descendentes. Iure Romano, Iustinianeo praesertim, liberos et nepotes et reliquos descendentes fine sexus discrimine ad successionem admitti, tralatitium est, sed naturam feudalis successionis ita constituerunt iuris huius conditores, ut descendentes sexus masculini, et ex eo porro progeniti, succederent, excluso sexu femineo, et qui ex eo nascuntur. Ait textus: *inferius uero filius patri succedit, et non filia;* cum quo concordat. *I. Feud. 1. §. 3. hoc autem notandum est, quod licet filiae, ut masculi patribus succedant legibus: tamen a successione feudi remouentur;* et *I. Feud. 8.* quod itidem est de successione feudi: *si quis decesserit filiis et filiabus superstitibus, succedunt tantum filii* AEQVALITER, *uel nepotes ex filio, loco sui patris, nulla ordinatione defuncti in feudo manente uel ualente,* ita ut per ultimam uoluntatem filiae succedere nequeant. *I. Feud. 24. si quis sine filio masculo mor-*

II. Descendentes.

Regula.

tuus fuerit et reliquerit filiam: filia non habeat beneficium patris. II. Feud. 11. mortuo eo, qui beneficium tenebat, prima caussa liberorum est; filius enim exsistentibus (masculis) uel ex filio nepotibus, uel deinceps per masculinum sexum descendentibus, ceteri remouentur agnati. Ad filias uero seu neptes uel pronepotes, uel ex filia nepotes, seu pronepotes, successio feudi non pertinet. Proles enim feminini sexus, uel ex feminino sexu descendens, ad huiusmodi successionem adspirare non potest.

§. VII.

Ratio. Rationem huius regulae feudalis ex *I. Feud. 1.* supra iam attuli *§. 8. cap. 1.* eaque confirmatur ex primaeua feudi natura, qua loco stipendii militaris aut palatini feudum concedebatur, cuius neutrius capax femina. Quae ratio communis est etiam in *alode Salica*. Etsi enim tempore legis Salicae conditae h. e. Dagoberti, beneficia non fuerunt transitoria ad heredes, nihilominus tamen alode etiam terrae Salicae non transibat ad filias, *tit. 62.* qui est *de alodis*, quum de alode in genere liberos uocasset, et deinde parentes, et postea fratres et sorores, ac deinceps sequenti modo: I. *si quis mortuus fuerit, et filios* (liberos, aut filios quoque *l. 116. D. de uerb. sign. l. 45. de legat. 2.*) *non dimiserit, si pater aut mater superstites fuerint, in ipsam hereditatem succedant.* II. *Si pater et mater non superfuerint, et fratrem aut sororem dimiserit, in hereditatem ipsi succedant.* III. *Si isti non fuerint, tunc soror* MATRIS *in hereditate succedat.* IV. *Si uero*

soror

foror matris non fuerit, fic foror PATRIS *in hereditate fuccedat.* V. *Et poftea fic de illis generationibus, quicunque proximior fuerit, ipfi in hereditate fuccedant, qui ex patre no genere ueniunt.* Tandem fucceffioni in alode opponit fucceffionem in terra Salica, et filias ac feminas omnes excludit. VI. *De* TERRA *uero* SALICA *in mulierem nulla portio hereditatis tranfit, fed hoc uirilis fexus adquirit; hoc eft, filii in ipfa hereditate fuccedunt.* Terra falica eft, inquit Goth. Wendelinus in *Gloffario Salico*, ille fundus uel praedium, quod falicus homo poffidet: qui ut nobilis eft ac liber, ita et bona fua poffidet *libera allode, en Franç Alleu, ut loquuntur.* Salica proin terra intelligitur, quae eft falico uiro data in allodem fuam pro ftipendio nobili, quaeque ab aula aliqua, fummaque aut fubalterna SALA ita dependet, ut ab ea feparari non debeat. Quoniam ergo falicorum hominum eft, armis tueri rem publicam foris; domi uero legibus eamdem moderari; coram principe, comite, fiue eorum uicariis, cum SCVTO in malbergis ac SALA confidere, iusque reddere, quae utraque aliena funt a feminis; merito certe feminae, ficut ab officiis ciuilibus ac militaribus remotae funt, ita et a ftipendiis iftis ac praemiis repelluntur. Haec Wendelinus. Qui porro quaeftionem fubiicit, an feminae in perpetuum lege Salica a fucceffione remotae? idque negat, fed eo ufque tantum, dum uirilis fexus extiterit. Quae ipfa limitatio in lege Ripuaria, quae etiam Francica eft, *tit. 56.* continetur

tinetur: *sed dum uirilis sexus exstiterit, femina in hereditatem auiaticam non succedat.* Quam eamdem sententiam etiam fouet Hier. Bignonius *ad leg. Salic. d. t. 62.*

§. VIII.

Ampliat: ad nepotes ex filia. Extenditur haec regula de exclusione feminarum etiam ad nepotes ex his natos. Etsi enim hi sunt masculini sexus, adeoque capaces seruitiorum militarium, uel palatinorum: nihilominus non sunt capaces successionis feudalis. *II. Feud. 11.* ibi: *uel ex filia nepotes seu pronepotes successio feudi non pertinet. Proles enim feminini sexus uel ex feminino sexu descendens ad huiusmodi successionem adspirare non potest.* Rationem inquirens Accursius, *ad I. Feud. 1. §. 3. uerb. a success. feudi,* ait, *esse pro ratione uoluntatem:* id quod reprehendit Baldus, et errare glossam, *nam ratio,* inquit, *quare non succedit nepos ex filia, est, quia successio non est per saltum, et ideo expetit, quod gradus ante se sit successibilis: nam, destructo ordine, destruitur ordinabile, ut l. 31. D. de seruit. rustic. praedior. et ad destructionem antecedentis sequitur destructio consequentis, l. 1. §. huius D. de offic. eius, cui mand. est iurisdict.* Quae ratio luculentior est, quam quae a Matth. de Afflictis *ad h. t. n. 8.* et a Steph. Forcatulo *Comm. de feudis, cap. 5. §. 3.* ex uitiata radice adfertur, rhetorica magis, quam iuridica. Nimirum adaequata ratio, ob quam nepotes ex filia a successione feudali remouentur, non consistit in habilitate uel inhabilitate ad seruitia, quae filias ipsas adficit, sed in

Ratio.

in deficientia medii, per quod ſucceſſio deferri poteſt. Neque enim primo adquirenti immediate ſuccedi poteſt, ſed mediante ultimo ſucceſſore defuncto. Quum autem mediante matre, quippe quae ſucceſſionis incapax eſt, ſucceſſio filio nulla deferri poſſit, igitur et ipſe ſucceſſionis talis incapax eſt. Accedit et ex prudentia ciuili ratio, ut, quia feminae familiam egrediuntur, ex his nati nepotes alterius ſunt familiae, ad conſeruationes ſingularum familiarum ſucceſſio intra cuiusque fines permaneret.

§. IX.

Atque hoc regulariter, atque ſecundum naturam feudalis ſucceſſionis: quae tamen ipſa mutari poteſt aut per legem uel conſuetudinem ſingularem, aut per conuentionem lege permittente. Ait textus: *et non filia, niſi ex pacto, uel niſi ſit femineum* (*). Duplex Except.

(*) Qu. *an ſint propria?*
Rat. dub. 1. in dubio feuda imperii praeſumuntur hereditaria, uel mixta. Goedd *Conſil. Marburg. uol. IV. conſ. 16. 125* et *conſ. 37. n. 834. 1149. 1152.* Pruckman. apud. Stuck. *Conſ. 26. 316.* et apud utrumque doctores allegati. Klock. *uol. II. conſ. 29, 18.* Beſold. *Conſil 291, 13.* Meu. *Conſ. 44. 26.* H. Piſtor. 2, 9 3, 59.
2. Speciatim feudum ducatus Iuliacenſis, Cliuiae et Montium Beſold. de *ſucceſſ. reg. lib. I. diſſ. 1.* Limn. *Iur. publ. 8, 109.* Rhetius *de feud. Cliuenſ. more conceſſ. ſect. 2, 3.*
3. Quia pertinuerunt ad regnum Lotharii, adeoque Francici iuris ſunt. Goedd. *d. l. n. 857.*
Rat. decid. In dubio 1. praeſumtio eſt ſecundum naturam feudorum propriam. Goedd. *d. l. n. 744.*
Ruſdorf.

plex itaque hic est: prima ex *pacto* inuestiturae adiecto, ut filiae quoque ad successionem uasalli admittantur; altera ex natura singulari feudi, quod *femineum* adpellatur, hoc est, quod aut feminae primo fuit collatum, aut, ut Matth. de Afflictis loquitur, quod semel fecit transitum ad feminam, aut saltem cuius adquirendi capacitatem sexus femineus accepit, nec in effectu a *materno* differt, ut communis doctorum schola et usus fori comprobat, etsi alii subtiliter ista distinguere uelint. Vtrumque autem fit lege aut consuetudine ita permittente. De priori exceptione Gerardus *I. Feud. 1. §. 3.* ait: *nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas* (filias) *pertineat.* Et *tit. 8. §. 2. filia non succedit in feudo, nisi inuestitura fuerit facta in patre, ut filii et filiae succedant in feudum*; adiecta alia: *uel nisi inuestitae fuerint de hoc feudo paterno*, uiuo scilicet patre, et nullo exstante agnato, quae interpretatio ex paragrapho antecedente fluit, ubi dictum, quod si frater partem feudi paterni filiae uiuus cessit, et inuestiri eam fecit, eo mortuo sine herede masculo,

I. Feud. 8. §. 2.

Rusdorf. *Vindic. causs. Palat. cap.* 8. Eyben. *Elect. feud. cap. 7. §. 4.* quae iure etiam Alemannico feudali est masculina. *Cap. 1.* et 3.

2. Feuda Iuliacensia cet. hereditaria demum facta per Carolum V. Diploma est ap. Limn. *V, 10, 7. E*, per naturam suam fuerunt masculina.

3. Distinctio inter feuda iuris Francici et non Francici, nondum pertinet ad tempora regni Lotharingici, sed ad sequiora tempora, et exceptionem facit, non regulam.

masculo, nihilominus reuertatur ad fratrem superstitem per actionem feudi reuocatoriam. Secus autem in hoc casu, agnato non superstite. Neque opus est, ut textum corrigamus. De priori exceptione ex pacto idem iuris nostri auctor, *I. Feud. 14. §. si duo fratres.* Ex restitutione Cuiaciana ait: *quod diximus de fratribus, ut unus alii succedat (per pactum): idem intelligendum est de filiabus. In his omnibus uidendum est, quid actum sit inter contrahentes. Inuestitura enim, quae sit ante duos uel tres liberos homines seruari debet, nisi iuri uel naturae contraria sit. Si ergo domino et fideli placuit, ut paciscantur de filiabus quatenus ipsae succedant, hoc quoque seruandum est. Et sic per pactum filiae succedunt.* At quid si una filia ex pluribus indeterminate ad successionem per pactum uocetur, ad quam pertinebit? Respondeo ex *I. Feud. 1. §. 1.* ad eam inter sorores, in quam scilicet dominus hoc uolet beneficium confirmare, quam sententiam etiam tuetur Carpzou. *Diss. de feud. V, 48.*

§. X.

Allegari solet etiam hanc in rem textus *I. Fend. 24. si quis sine filio masculo mortuus fuerit, et reliquerit filiam: filia non habeat beneficium patris, nisi a domino redemerit. Si autem dominus ei dare uoluerit* (absque pretio) *propter seruitium et amorem patris, non reuocetur ab ullo ex parentibus suis, neque damnetur.* Etsi autem Bitschius hic notat, perperam a plerisque interpretibus et feudalium tractatuum auctoribus doctrinam 3. Fend. 24. explic.

N huius

huius loci referri ad materiam succeſſionis, et quidem inter exceptiones, quibus feminae ab ea excludantur; nihilominus tamen quum idem textus ad diuerſas materias et earum ſedes referri poſſit, non uideo, quid hic peccauerint interpretes pleriqve omnes.
Casus. Certe enim in caſu propoſito, *ſi quis ſine filio maſculo mortuus fuerit*, praeſupponitur regula de ſucceſſione filii, ſi filius ſuperſtes eſſet, quod utique ſuccederet; atque idem eſt de nepote et omnibus deſcendentibus ex maſculis: ſed quia filia ſuperſtes eſt, quaeritur,
Quaestio. *an et ea ſuccedat?* et reſpondetur quod
Decisio. non: *filia non habeat beneficium patris*, h. e. a patre relictum, ſiue nouum, ſiue antiquum fuerit, perinde eſt quoad ſucceſſionem feminarum: idque nullo modo per ſucceſſionem. At poſſe tamen alio modo filiam illud adipiſci ut feudum nouum et femineum, textus ſubiicit:
Exceptio. *niſi a domino redemerit*, apertum ſcilicet domino; quod et Aluarottus *ad II Feud. 50. n. 6.* recte obſeruat. Immo extenditur haec limitatio etiam ad donationem, et nullo pretio interueniente, *ſi dominus et dare uoluerit propter ſeruitium et amorem patris*, ualida erit adquiſitio. At quid ſi proximus
(parentes). *ex parentibus*, h. e. agnatis, uid. Cuiac. *hic* et Steph. Baluz. *ad Saluian. pag. 427.* et *ad Agobard. pag. 79.* reuocatorium feudi iure *protimiſeos* in priori, aut iure *familiae* in poſteriore caſu inſtituere uelit, an audiendus?

§. XI.

Ratio dubitandi. Ratio dubitandi eſt ex natura feudi petenda, quod *ſexus* maſculinus regulariter in adquiſi-

quisitione feudi femineo praeferendus, tum propter seruitia militaria aut palatina, tum ob conseruationes *familiarum* nobilium, quae per mares non per feminas fieri potest. Loquitur enim textus de eiusmodi agnatis, qui ius successionis non habent, et quorum respectu feudum hoc, de quo quaeritur, utique non potest dici antiquum siue paternum, quum, ut optime Petrus de Cremona, Baldus, Matth. de Afflictis contra Iac. de Bellouiso docent, ius quaesitum successionis agnatis non possit per redemtionem auferri inuitis, sed utique gaudent hoc in casu actione reuocatoria aduersus dominum. Nam quod Cuiacius cum Iacobo de Bellouiso faciens, ait, *redemtio potior est successione*, praesupponit quidem, sed non probat. contrariatur autem et ratio iuris et naturalis aequitas de iure quaesito alteri non auferendo. *l. 11. D. de reg. iur.* Ceteroquin ratio dubitandi et fundamentum agnatorum hoc in casu tantum consistit in ratione ciuilis prudentiae ex natura feudi arcessita, ut, quemadmodum dixi, sexus masculinus femineo sit praeferendus, et familiae defuncti conseruatio obseruanda, etiam tum, quoties non de iure quaesito, sed de quaerendo et conferendo quaeritur. Et uideatur hanc in rem Tiraquell. *de retract. municip. praef. n. 41. Consil. Argentorat. uol. I. consil. 24, 9.* Verum enim uero decidendi ratio ex iam allatis satis constat, quum dignitas sexus et familiae conseruatio non conficiant rationem decidendi adaequatam; contra uero in libera domini uo- Ratio decidendi.

luntate consistat, utrum feudum sibi apertum filiae defuncti ob meritа paterna siue pretio quodam siue gratis concedere, siue sibi reseruare, nec ne, uelit. Igitur actio reuocatoria ex parte agnatorum in iure fundata hactenus non est.

§. XII.

Haec planissima, sed et communi, et in foro receptae sententiae consona est explicatio et concordantia cum aliis textibus, ut mirer, alios interpretes in tot diuersas opiniones et coniecturas dilapsos fuisse, quas latius recenset et examinat Bitschius, sed tandem in ea adquiescit, quod in duobus istis casibus, redemtionis aut gratificationis, possit dominus praeiudicare agnatis; uerum tamen non iure recepto, sed iure ueteri, *quum haec rhapsodia iuris feudalis componeretur: postea enim consensu feudistarum et consuetudine aliud fuisse introductum et receptum.* At uero non satis caussae habemus, cur a recepta et plana sententia recedamus, et falsa est hypothesis, quod oporteat hic facti speciem talem poni, qua praeiudicium agnatis fiat. Verum enim praeiudicium de iure fieri nequit, ergo nec hoc praesupponendum est, nec tale quid inputandum iuris feudalis conditoribus cum Hotomanno: sed de praeiudicio dumtaxat putatiuo et probabili textus se uult intelligi, ut antea expositum. Denique ista hypothesis est contra iuris feudalis historiam, quam primo capite praemisimus, ex qua oppido patet, iam tum Conradi Salici constitutione fratres, et postea quoque reliquos

Dissensus interpretum.

agnatos

agnatos ius quaesitum successionis accepisse, quod neque imperatores sequentes, multo minus feudistae, ut uulgo loquuntur, intervertisse persuaderi potest. Ceterum et hic textus, quemadmodum et antecedens, uidetur utique adhuc esse pars constitutionis Lotharii imperatoris, non primi, ut uult Hotomannus contra fidem historiae, sed Saxonis aut secundi, qui a. Chr. 1137. quo professio iuris Romani Bononiae restaurata fuit ab eodem imperatore, Romae constitutionem feudalem edidit, quam Gerardus *lib. I. tit. 19. seqq.* refert. Etsi enim Andr. de Isernia, Matth. de Afflictis, Aluarottus, et Cuiacius hos duos titulos 23. et 24. Oberti uel Gerardi potius continuationem feudalem uelint, magis tamen est, et tum connexio titulorum, tum stilus quoque suadet, ad constitutionem imperatoriam etiam hos duos titulos ut referamus: neque enim interpretis stilus hic adparet, sed legislatoris; eo pertinet, quod non receptum ius dumtaxat refertur, sed per modum praecepti aut edicti constituitur ueluti per uerba, *adhibeantur pares, ueritas inueniatur, non habeat beneficium, non reuocetur, non damnetur.* Quae phrases potius sunt legislatoriae potestatis, quam compilatoriae relationis et priuatae.

Constitutio Lotharii I. Feud. 19.

§. XIII.

Haec ex Gerardi Nigri, primi compilatoris feudalis compilatione, et Lotharii quoque constitutione, ut uidetur. Videamus, quid in altera iuris nostri compilatione Oberti siue Huberti ab Orto hac de irregulari femi-

N 3 narum

narum ſucceſſione habeatur. Confirmat ille utramque exceptionem a Gerardo antea allatam. *II. Feud. 11.* ibi: *ad filias - - ſucceſſio feudi non pertinet: - - niſi eius conditionis ſit feudum* (h. e. femineum), *uel ex pacto adquiſitum.* Sed quantum ad priorem exceptionem, ſi feudum eſt femineum, contradictores inuenerunt uterque, Gerardus et Hubertus, ut ex *II. Feud. 30.* patet: *ſi femina habens feudum deceſſerit, quia femineum eſt feudum, et ſine pacto ſpeciali, deficientibus filiis maſculis, ad filias pertinebit. Obertus et Gerardus. Alii uero dicunt, niſi per pactum ſpeciale, ad eas non pertinere; ſicut ſi datum eſſet filio maſculo, quia ſi ideo, quod eſt femineum, ſine pacto tranſit in feminas, eadem ratione, quia eſt femineum, tranſit in femineam prolem, etiam maſculis exſtantibus: quod falſum eſt.* Hic obſeruatu dignum, quod et ſupra *cap. 1. §. 5.* notatum, Gerardi ſententiam iam tum e libro primo uiſam, et a Gerardo *lib. II. tit. 11.* adprobatam, hic iterum recenſeri; ſed cum recentiori aſſutura alterius ſententiae et priori hactenus contrariae, quod ſcilicet in feudo femineo non ſuccedat filia, niſi per pactum adiectum expreſſe, non uero ex natura feudi feminei generatim.

II. Feudor. 30.

§. XIV.

Diſſenſus interpretum.

Ratio diſſentiendi arceſſitur a natura ſucceſſionis in feudo generali, per deductionem ad inconueniens, ut dialectici loquuntur, hoc modo: ſi feudum femineum qua tale, et praeciſo pacto ſpeciali, tranſit ad feminas et

et filias praesertim, sequitur, quod etiam masculis exstantibus deferatur successio feminis. Sed consequens est falsum; igitur et antecedens. Haec est mens dissentientium. Neque enim opus est, ut uerba illa, *quod falsum est*, referamus ad Obertum, ut Rosenthalius, et quos sequitur allegatque, contendit *cap. 7. concl. 35. n. 6.* quum utique haec sit dumtaxat additio quaedam recentior ad compilationem Oberti, quale quid etiam est totus titulus *II. Feud. 51.* Sed eo redit quaestio, utra sententia in iure ac ratione feudali magis fundata sit; itemque, quae in usu fori feudalis recepta? Quod ad iuris rationem attinet, consideranda et excutienda est ratio et fundamentum dissentientium, atque deductio ista ad absurdum. Porro in ea praesupponitur, consequentiam esse firmam, quae tamen plane est nulla. Antecedens utique uerum est, et supra auctoritate et usu adprobatum, quod scilicet feudum femineum qua tale transeat ad filias feminae defunctae. sed exinde non sequitur, ergo transit aeque ac pariter cum filiis ad filias. Enim uero non confundenda erat natura feudi in genere cum natura feudi feminei. Generica feudi natura est, ut masculi excludant feminas simpliciter: feminei feudi natura feminas non excludit simpliciter, sed immo admittit, eoque ipso temperat naturam genericam; at temperat, inquam, non tollit; quare, quia femina semel in feudo inuestita fuit, idque in rem, non per pactum speciale in personam dumtaxat, igitur femina filia aeque ca-

pax est possessionis huius feudalis, quam mater, secundum naturam huius feudi specialem et temperatam; quae radicem tamen naturae genericae retinet, ita ut feminae filiae quidem succedant, sed masculis non extantibus demum. Eadem ratio dubitandi quoque circa filios mulieris uasallae fuit ab aliis mota, an in feudo matris succedant; sed per rationem iuris et aequitatem est reiecta, ut patet ex *I. Feud. 15.*

§. XV.

Praxis. Denique, quod ad auctoritates et usum fori attinet, glossa quidem hanc sententiam ex aequitate alteri rigidae postponere uidetur; dum ait: *et merito non succedunt sine pacto speciali: nam secundum rigorem consuetudinis filii masculi non succedunt matri.* Sed recedunt a glossa Ardizo, Iac. de Belloviso, et Baldus, Aluarottus, Rauennas, Zasius, Duarenus, H. Pistoris, Schneidwinus, et quos alios recenset ac sequitur, uelut communem et receptam in foro sententiam Rosenthal. *d. c. 7. concl. 35. b.* Schrader. *de feud. 7, 4, 48.* quamquam hic Matth. de Afflictis perperam huc alleget, quippe qui contrariam opinionem sustinet, idque ex hoc fortissimo medio, quod ille uocat, *n. 1. ad h. t.* ait: *certum est, quod non debet plus esse priuilegiata femina in feudis, quam masculus, ut infra: sed certum est, quod quando masculus habet feudum, et moritur, sine filus masculis superstite filia femina, tale feudum non uenit ad filiam, nisi expresse sit dictum in inuestitura, ut infra, cet. Ergo dicendum est idem in feudo materno, ut non*

transeat

transeat ad filiam feminam, nisi sit dictum: alias sequeretur, quod maius priuilegium haberet feudum maternum, quam paternum cet. Sed robur huius argumenti non difficulter solui potest. Non hic de priuilegio quaestio est, ex quo succedat femina, sed de natura feudi feminei; id uero certo certius est, quod feminei feudi natura amplior sit, quam feudi masculini, quum semper regula sit strictior sua ampliatione. Etsi autem regulariter mares tantum succedunt in feudo regulari et proprio, in feudo tamen femineo, ut irregulari, succedit etiam femina secundum naturam huius feudi, etiam sine pacto expresso, quum natura haec specialis tacite contineat hoc pactum, nisi expresso pacto in personam foeminae adquirentis sit restrictum, quod *feudum feminae*, non femineum, cum Cuiacio dici poterit: nulla itaque aeque consequutio est in Matthaei argumento, quam in ipso textu.

§. XVI.

Magis plausibile arguit Bitschius: *si feminei feudi qualitas et conditio caussa sufficiens et absoluta est*, ut etiam citra speciale inuestiturae pactum successio filiabus deferatur; id non minus exstantibus; quam deficientibus filiis locum habebit. Consequentiae rationem hanc exprimit: quod utrobique eadem sit ratio, et, quod posita causa sufficiente et absoluta, sequatur effectus; ponitur autem illa caussa *aeque* quum filii exstant, ac quum non exstant utroque etiam casu peraeque femineum feudum est. Haec ille. Sed tamen et haec

consequentia uacillat: neque enim par ratio est conditionis, *si filii exstiterint*, et contrariae, *si filii defecerint*. Atque natura feudi feminei potest dici caussa sufficiens et absoluta, hoc est, adaequata successionis femineae, sed *sub conditione, si filii defecerint.* Falsum itaque est praesuppositum, quod *aeque* caussa succedendi ponatur, siue exstent siue deficiant filii, exstantibus enim filiis, caussa succedendi filiarum sub conditione ponitur; non exstantibus uero absolute.

§. XVII.

II. Feud. 50. Accedimus tandem ad textum nostrum *II. Feud. 50.* in quo itidem duae istae exceptiones reperiuntur. Ait: *filius patri succedit, et non filia, nisi ex pacto, uel, nisi sit femineum.* Tunc enim in utroque casu *succedit filia matri* in materno seu feminco, et patri quoque tum in femineo, tum ex pacto speciali inuestiturae. Quod ultimum tamen, *et patri*, non in omnibus codicibus reperiri glossa hic adnotauit, itemque Andreas de Isernia. Sed quum haec ita sint, quaestio subiicitur hic, *si filia concurrit cum masculo, ueluti cum nepote ex filio, an excludatur illa ab hoc?* Ratio dubitandi est, quod filia sit capax successionis in tali feudo, et proximior est nepote. Sed ait textus: *secundum quosdam succedit nepos ex filio solus*, exclusa filia. Rationem adiicit glossa ex natura feudi generica, quam retinet etiam femineum feudum, quod femina scilicet, et eius proles, non succedant; nisi masculino sexu non exsistente. Verum hac de re uix

uidetur

uidetur fuiſſe diſſenſus inter iuris feudalis prudentes. Fuiſſe autem circa quaeſtionem propoſitam diſſenſum inter eos, oppido patet ex clauſula: *ſecundum quoſdam*. Quare magis eſt, ut Cuiacii lectionem ex manuſcriptis reſtitutam ſequamur, et quaeſtionem fingamus de nepote ex *filia*, quae quaeſtio ſequenti titulo latius tractatur, et diſſentientes memorantur ab ipſo ſcilicet conſuetudinum harum compilatore, qui poſterior Gerardo et Oberto fuit.

§. XVIII.

Ait §. 3. *ſimiliter ſi quis inueſtitus fuerit de feudo ita, ut ad feminas transferet*, (tum ex pacto inueſtiturae, tum ex natura ſingulari exinde quaeſita), *et duas filias tantum reliquerit, quarum una filium habeat, et altera filiam: utrum poſt mortem illarum maſculus tantum feudum habere debeat?* excluſa filia materterae, conſobrina; pergit: *ſecundum Gerardum maſculus tantum* ſuccedit matri et materterae mortuis, quae commune feudum poſſederant: quam ſententiam meliorem adſerit gloſſa, ex ſuperiori ratione, quum non debeant ſuccedere ſeminae in feudo, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primo inueſtitus eſt *Obertus contra*, ait compilator; id quod ex titulo noſtro quinquageſimo adparet, quum dicit Obertus: *ſecundum quoſdam ſuccedit nepos ex filia ſolus*, quaſi diceret, ſecundum meam uero ſententiam non ſolus, ſed cum conſobrina ſuccedit. Ratio Oberti ex natura feudi feminei et pacti huius petita uidetur. Sed obtinuit ſententia II. Feud. 51. §. 3.

ſententia Gerardi, quae etiam habetur *I. Feud. 6. §. 1.* quod ex fragmentis Ardizonis, uetuſtiſſimi conſuetudinum feudalium interpretis, confirmat Cuiacius ibi. Pergit compilator: *et contra, ſi filios ille habuerit*, v. c. duos, quorum unus filium, alter filiam habeat, utrum poſt mortem illorum maſculus tantum feudum habere debeat, excluſa conſobrina? idem iuris eſt.

§. XIX.

Atque haec de ſucceſſione filiarum atque deſcendentium ex ſexu feminino, quoad regulam et exceptiones. Quibus illa adhuc
Exceptio 4. addenda, quod etiam lege aut conſuetudine ſocali introduci poteſt promiſcua feminarum in feudis ſucceſſio, et introducta fuit in regno Siculo et Neapolitano a Friderico II. imperatore, ut patet ex *lib. III conſtitut. Sicul. tit. 24. cap. 2.* ſeruata tamen ſexus praerogatiua, ut mulieri maſculus praeferatur. De qua conſtitutione pluſcula hic Matth. de Afflictis diſſeruit. In Galliae pleriſque locis liberos utriuſque ſexus in feudis ſuccedere, teſtatur Cuiacius ad *I. Feud. 2. §. penult.* S. Rebuffus in *Feudorum declaratione* §. 7. ait: *hodie ex conſuetudine generali huius regni ſicut maſculi ſuccedunt -- quia in dicto regno feuda ſunt redacta inſtar patrimonium. - - Licet in aliquibus partibus, ut uidi, non ſuccedunt feminae exſtantibus maſculis: ſed tamen, quod ſupra dixi, eſt communius.* Id Alteſerra ad uitium degeneris ſaeculi refert *cap. 2. de orig. feud.* In archiepiſcopatu Colonienſi eandem conſuetudinem

nem uigere defendit Wernerus Thummermuth in *Relatione compromissi feudalis in caussa nobilitatis archiepiscopatus illius contra archiepiscopum et capitulum Coloniensem, in fundamento II. ex priuilegiis per totum.* Sed et in uicinis ecclesiasticis, Treuirensi, Leodiensi, Monasteriensi: unde brocardicum iuris feudalis Germanici. **Krumstab schleußt niemand aus**, excepto archiepiscopatu Moguntino et episcopatu Herbipolitano. Quin et in saecularibus quibusdam principatibus feminarum successionem in feudis admitti, ut in ducatu Luzelburgico, Limburgico, Iuliacensi, Geldrico, Cliuensi, et Montensi, idem in *Fundam 3.* Goedd. *Consil. 37. uol. IIII.* conf. Wehner. *Obs. pract.* uoc. **Krumstab**, et. **Fuldisch Lehen.** Extenditur haec exceptio etiam ad consuetudines et pacta familiatum illustrium, speciales contra ius commune aut generalem regni consuetudinem; sicuti et priuilegia specialia ciuitatum et prouinciarum ualere contra ius commune rescripserunt Diocletianus et Maxim. *l. 9. C. de testam.* quam allegatam fuisse a Carolo Borbonio contra auiam Henrici regis, quum quaereretur, an usitata in familia illustri consuetudo ualeret contra generalem regni consuetudinem, refert Duaren. in *Consuet. feud. cap. 10, 8.* Conf. Ant. Contii *Meth. de feud. cap. 8.*

§. XX.

Denique sunt, qui in feudo *conditionato*, quod uocant, hoc est, quod tale seruitium praestat, quod in feminas aeque, ac in mares, cadit, 5. Exceptio reiecta.

cadit, quo etiam feudum *censuale* referunt, quod loco seruitiorum censum praestat, aut plane *francum feudum*, h. e. a seruitus liberum, sunt, inquam, qui in his feudi speciebus feminarum successionem regulariter admittendam statuunt. Sed etsi ratio, ob quam primitus exclusio feminarum a successione feudali fuit introducta, et quam §. 8. exposuimus, cesset hic, non licet tamen firmiter inde concludere, quod etiam ius ipsum cesset semel constitutum. Retinent enim feuda naturam suam in reliquis, adeoque etiam in successione, etsi seruitia uel penitus remissa fuerint. Hanc sententiam cum aliis plurimis a se relatis Schradet. *part. VII. cap. 4. n. 11.* Rosenthal. *cap. 7. conclus. 34. n. 11.* Carpzou. *Disp. feud. V. st. 52.* defendunt. Contrariam tamen sententia multos quoque defensores habet, et Cuiacium quoque, atque fundatur in *cap.* extraordinario, *si cui militi*, 104. Sed *praepositus*, qui

II. Feud. 104. vulgo dicitur, i. e. Io. Antoninus de S. Georgio, patricius Mediolanensis, et ecclesiae D. Ambrosii Mediolani praepositus, in academia Papiensi doctor iuris canonici, et postea cardinalis Alexandrinus, in *Praeludiis feudorum*, *n. 5.* ex Martino probat, quod huiusmodi constitutiones, quae non reperiuntur in libello feudorum, tanquam extrauagantes non admissae, non sint allegandae ad decisiones caussarum, per *Gloss. in cap. 1. infr. qui testes sunt necess. ad prob. nom. inuest.* Et ex Baldo, quod tales constitutiones sint apocryphae, in *cap. 1. infr. de grad. success. in feud.*

feud. cet. itemque ex Bartholo in *l. 32. D. de re iudicat.* Atque Duarenus *cap. 10, 7.* ait, hanc opinionem non esse satis tutam, quia illa capita dicantur suppositia, ideoque nec reperiri in his libris. Cum quo conueniunt, quae Bitschius ad *II. Feud. 58.* notat, hoc, scilicet *58. cap.* iuris feudalis, ex iis, quae ordinaria sint, et authentica habeantur, omnium postremum esse, reliqua uero, quae ex Ardizone et Aluarotto Cuiacius, et ex Cuiacio Dionysius Gothofredus adiecerit, fere pro apocryphis haberi, et in uulgaribus editionibus non exstare. Etsi denique Carpzouius *part. III. const. 28. def. 12.* contrariam opinionem sequatur, id tamen ob auctoritatem et obseruantiam scabinatus Lipsiensis, quam ex adducto ibi praeiudicio ueneratus tum fuit, contigit; at postea re penitius perpensa, animum mutauit, quum ex professo ius feudale tractaret. In eamque sententiam quoque inclinant ICti Argentoratenses *tom. I. consil. 36. n. 43.* Denique etsi ratio legis saepe cesset in quibusdam speciebus, propterea tamen lex ipsa nondum abolita dici potest: quemadmodum nec in ultimis uoluntatibus caussa falsa cessare facit legatum: *l. 17. D. de condit. et demonstr.* Denique additur huic regulae successoriae de descendentibus, quod non ad certum gradum successio horum sit restricta, sed si per naturam rei fieri possit, usque in infinitum; ait: *et sic usque in infinitum.* Qua in re cum iure ciuili itidem conuenit ius feudale. Rosenthal. *cap. 7. concl. 15. et 16.*

CAPVT

CAPVT III.

DE DIFFERENTIIS IVRIS CIVILIS ET FEVDALIS IN SVCCESSIONE COLLATERALIVM.

* * *

§. I.

3. Differentia collateralium. Tertia differentia iuris ciuilis et feudalis circa fucceffionem eft, quod iure quidem ciuili Iuftinianeo collaterales utriusque generis, tam cognati, quam agnati admittuntur, fecundum proximum cognationis

Iure Romano cognati exclufi. gradum, per *Nou. CXVIII Cap. 4.* iure uero anteriori Romano, agnatis demum non exftantibus, cognati ad fucceffionem uocabantur, idque ad feptimum usque gradum, quemadmodum agnati usque ad decimum, *§. 2. et 5. Inft. de fucceff. cognat.* At iure feudali cognati penitus excluduntur. *Ad cognatos enim eius beneficium non pertinet, neque beneficii fucceffio*, ait Obertus *II. Feud. 11.* et

II Feud. 11. De fratribus patruelibus. porro: *his* (liberis) *uero deficientibus, uocantur primo fratres cum fratrum praemortuorum filiis, deinde agnati ulteriores.* Vbi tres claffes feu ordines fuccedentium notandi, liberorum, fratrum, et agnatorum ulteriorum, quorum quilibet habet fuas regulas communes, et poteft etiam habere fpeciales, ad alteram claffem non extendendas.

Qua de re suo loco. Conf. *supra cap. 1. §. 6. seqq.* Sed et in nostro textu in hanc sententiam uerba haec habentur: *ex latere omnes per masculos descendentes, usque in infinitum, si feudum sit paternum.* Etsi autem textus hic de collateralium successione tandem etiam quid definiat, hic tamen non nisi de descendentium successione adhuc uidetur tractare. Ista enim uerba: *ex latere omnes per masculos descendentes in infinitum*, non exstant in editione Cuiaciana, non, ut Hotomannus putat, ex iniuria librariorum, sed ex fide codicum manuscriptorum, quod recte Bitschius arguit. Certe enim nec glossa ea agnouisse uidetur, quum ad uocem *paternum* adnotat: *dixit paternum eo respectu, ut agnati remoueantur a successione feudali, donec nepos superest.* Igitur adhuc intelligit textum uersari in terminis successionis non collateralium, sed descendentium. Sed et Baldus, Andr. de Isernia, atque Matth. de Afflictis a uerbis: *dummodo suis, quod si quis* cet. nouum casum ponunt, in quo demum de collateralium successione dicitur.

II Feud. 50.

§. 11.

Remotis itaque uerbis istis, quae a recentioribus manu margini adiecta, in textum inrepserunt, non debet *usque in infinitum* bis poni, sed textus ita sibi constat: *et sic usque in infinitum*, scilicet succedunt descendentes per masculos, quod tamen limitatur, *si feudum est paternum.* Paternum autem feudum quum non uno modo dicatur, nam et materno opponitur, quod feminina

Limitatio 2. Applicat.

minarum successionem admittit, paternum non item; de quo capite antecedente. Aliter paternum dicitur, quod pater adquisiuit, uel etiam ab aliquo adscendente usque ad gradum quartum, uel et septimum. *I. Feud.* 8. si adquirens est ulterioris gradus, dicitur *antiquum*; quibus speciebus generatim opponitur *feudum nouum*, quod is, de cuius successione quaeritur, primo adquisiuit, Rebuff. in *Declar. feud. diu.* 4. Igitur explicat Obertus, quo sensu uocabulum accipiat in hac restrictione. Ait: *paternum autem uoco, quicumque ex superioribus id adquisiuit.* Pariter et *II. Feud.* 11. habetur: *quod ita intelligendum est, si feudum sit paternum: hoc est, si fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis communis. Si enim Titii auus de nouo beneficio fuerit inuestitus, Titio sine legitimo herede masculo defuncto, eius feudi successio non pertinet ad eiusdem Titii patruum magnum, nec ad prolem ex eo descendentem, immo reuertitur ad dominum.* Hoc est, in feudo nouo nepos succedit auo, sed aui frater non succedit nepoti. Paternum itaque feudum opponitur hic nouo, et sensus limitationis est, quod descendentes primi adquirentis in infinitum succedant ut fratres et patrui, cet. scilicet in feudo paterno et antiquo, non item in nouo, quae quarta est differentia iuris ciuilis et feudalis.

§. III.

4. Differentia agnati interio- Sed quidquid sit, etsi uulgaris lectio iudice H. Pistoris, *lib II. qu.* 34. *n.* 21. retineatur, perinde nobis est; ad collateralium enim

enim successionem nihilominus deueniendum est, et eo deuenitur saltem in §. *dummodo scias*: quae uerba restrictiua exceptionem regulae praedictae continent, quod scilicet collaterales omnes per masculos descendentes succedant sibi inuicem in infinitum, dummodo non excludantur a defuncti descendentibus masculis: nam de feminis seu filiabus constat ex *I. Feud. 8. §. 1.* quod filiae regulariter non succedant, etiam in illo casu, quando uiuo patre inuestituram cessione adquisiuerint. Si enim pater cedens moritur sine masculo herede, relicta illa filia inuestita, nihilominus reuertitur feudum ad proximum agnatum per actionem feudi reuocatoriam *II. Feud. 26 §. Titius.* *I. Feud. 8. §. 1.*

§. IIII.

Ceterum de hoc ipso argumento et hac limitatione casum hunc proponit textus: *quod si quis* (Titius) *habens beneficium, quatuor superstitibus filiis* (primo, secundo, tertio, quarto) *decedat; et feudum ad unum solum* EX DIVISIONE *deueniat*; (sicut in casu *cap. extraord. 93.* siue sit primus, siue quartus) *et iste* (siue primus, siue tertius, siue quisquis ex illis quatuor, nullo linearum discrimine hic adparente) *superstitibus filiis duobus*, (quinto et sexto), *uel tribus* (addito septimo) *decedat, qui* PATRVELES *dicuntur*, (respectu liberorum ex reliquis fratribus natorum, octauo, nono, decimo, undecimo: perperam enim auctor huius textus erroris incusatur, quasi patrueles pro fratribus dixerit) *et ad unum eorum* (siue quintum, siue *Casus §. dummodo scias.*

 sextum,

sextum, siue septimum, siue linearum nescio quo iure) *beneficium feudi* EX DIVISIONE (neutiquam uero ex aliquo primogeniturae iure aut simili) *perueniat: et similiter iste* (quintus forte uel sextus, uel septimus) *superstitibus filiis* (duodecimo, decimo tertio), *qui patrueles dicuntur*, (sobrini) *ad quorum unum* (duodecimum, decimum tertium, decimum quartum, uel decimum quintum) *feudum similiter peruenit*, (per diuisionem hereditariam): *sicut etiam ex aliis superioribus uel primis fratribus* (secundo, tertio, quarto), *supersunt masculi*, (patrueles, octauus, nonus, decimus, undecimus). *Si*

Quaestionis decisio. *ille*, (ueluti duodecimus), *qui feudum habet, decesserit nullo filio relicto: an ad omnes* (collaterales a secundo usque ad decimum tertium) *uel ad quos* (collaterales) *perueniat, quaeritur? respondeo, ad solos et ad omnes* (collaterales), *qui ex illa* LINEA *sunt, ex qua iste* (ultimo defunctus duodecimus) *fuit*, (adeoque ad fratres defuncti decimi tertii, decimi quarti, et decimi quinti iuxta communem regulam: non item ad agnatos ulteriores, patruos aut patrueles). *Et hoc est,*


Ratio decidendi. *quod dicitur, ad proximiores res pertinere*, (fratres scilicet defuncti). *Isti uero proximiores esse dicantur* (fratres, inquam), *respectu aliarum linearum* (secundi, tertii, quarti, quibus ulteriores agnati continentur). *Sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliae lineae* (a secundo usque ad undecimum) *aequaliter* (sine praerogatiua linearum) *uocantur* ad successionem ultimo defuncti

defuncti ex ista linea. Haec est uera et genuina casus propositi figuratio et quaestionis decisio, qualem et ueteres adprobarunt, et Baldus atque Matth. de Afflictis expresserunt, atque hoc interpretamentum adiiciunt, quod agnati isti ulteriores aequaliter succedant, si sint in *gradu* aequali, alias secundum *graduum* proximitatem. Fridericus Schenck baro a Tautenburg in hoc caput: *Sed in hac successione collateralium. primo uocabuntur proximiores, qui fuerint de linea defuncti, quibus non exstantibus, alii ex aliis lineis* AEQVALITER *uocabuntur, quod intellige secundum Baldum, modo sint pari* GRADV: *nam alioquin secundum* GRADVS *praerogatiuam successio fiet, secundum Iacob. a Beluiso.* Struuius in *syntagm. iur. feud. cap. 9. §. 7. n. 7.* ait: *licet d. II. Feud. 50. dicatur, quod omnes aliae lineae uocentur aequaliter* (*), *istorum tamen uerborum nullus alius est sensus, quam quod differentia et proximitas linearum non amplius obseruetur, sed omnes lineae aliae aequaliter siue pariter, et sine praerogatiua admittantur: non uero hoc extendendum ad proximitatem gradus, quippe quum ibi solum de lineae et non de gradus proximitate agatur: quam gradus proximitatem obseruandam esse alibi indistincte traditur, II. Feud. 37. u. in fin. uerb. agnatus proximus, 24. §. penult. 26. §. Titius.* Haec ille, qui quidem certo modo proxi miorem

 lineam

(*) Diss. H. Pistor. *lib. III. qu. 23. n. 5.* quod aequalitas etiam graduum praerogatiuam excludat.

lineam adgnoscit, de quo postea. Schema tale formari poterit:



§. V.

Opinio de proximitate linearum examinatur.

Ex hisce omnibus satis iam conspicitur, non esse admittendam opinionem istam et fictam differentiam in successione feudali et ciuili in hoc casu, quasi *speciale et praecipuum sit, quod proximitas non tantum ratione gradus, sed uel imprimis ratione lineae aestimetur, adeo, ut unius linea censeatur esse proximior, et praeferatur lineae alterius.* Primo enim nihil speciale hic habetur, neque secundo proximitas linearum in hoc textu fundatur, neque tertio proximitas ex linea collaterali quoquam modo aestimatur, denique nec linea lineae hic praefertur, nisi recta collaterali, id quod dubio caret. Atque immo solius gradus proximitas in linea collaterali cernitur hic, et reliqui agnati in reliquis lineis non, nescio quo, iure lineali, excluduntur, neque ex lineae huius uel alterius collateralis praerogatiua, sed ex regula successionis communi, qua descendentes excludunt collaterales. Igitur consequens est in casu proposito, quod descen-

descendentibus *primi*, uel *secundi*, uel cuiuscumque exstinctis, agnati sine ulla linearum differentia aut praerogatiua uel ordine, sed aequaliter succedant, ita ut nulla linea alteram excludat, aut praerogatiua ac proximitas inter lineas ipsas obtineat; sed simpliciter ad *gradus* proximitatem in reliquis lineis collateralium peraeque et indistincte respicitur. Vnde regula ex hoc textu haec conficitur: *quoties defunctus agnatus sine* Regula. *descendentibus masculis decessisse dicitur, totus reliqui agnati sine praerogatiua linearum, iuxta regulam et gradus proximitatem succedunt*, atque, ut Matth. de Afflictis ait, *omnes lineae possunt uocari ex iure edicti successorii, seruata tamen gradus praerogatiua*. Regula haec iam tum supra *II. Feud. 37.* exposita est: *ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit, eodem prorsus obseruando, quantum ad ordinem gradus, qui continetur in legibus* (ciuilibus scilicet). *Supra cap. 5. §. ult.*

§. VI.

Ex his porro conficitur, successionis Successio linearis an, et quae? speciem, quam LINEAM quidam uocant, tam esse incognitam iuri feudali communi, quam iuri ciuili Romanorum, nec ullum ex hoc sollemni, neque ex alio iuris feudalis communis textu, locum produci posse. Certe enim nullus hic specialis casus proponitur, quasi *per obseruantiam ex diuersis hereditariarum diuisionum actibus stabilitam feudo uni ex filiis defuncti adsignato, linealis successio sit introducta, de qua feudista adseret,*

feret, quod soli, qui ex linea sunt, praeferantur, et quod hi proximiores sint respectu alienarum linearum. Enim uero nihil quidquam hic de obseruantia speciali, sed de iure et natura successionis feudalis in uniuersum, ubi uel defunctus plura feuda liberis reliquit, uel, ut Matth. de Afflictis casum ponit, ubi unus feudum, alii res allodiales in diuisione obtinuerunt. Neque enim quidquam hic de feudis indiuiduis, sed de talibus, in quibus plures successores simul admittuntur, in uerbis, *ad solos et ad omnes.* Denique quod hic ex linea ultimo defuncti descendentes praeferuntur collateralibus, nihil penitus specialitatis continet, quum perpetua regula sit, descendentes excludere collaterales. Quare non linea qua linea hoc efficit, sed quod ea descendentes contineantur: pro collateralium itaque successione plane nihil facit linea. Quidquid igitur hic de speciali obseruantia, de iure primogeniturae, de extensione ad collaterales diuersarum linearum dicitur, sunt mera praesupposita interpretibus ueteribus incognita, multo minus probata, sed uiolenter per praeconceptas opiniones textui illata.

§. VII.

Istud quidem uerum est, et antea ostensum, quod etiam de collateralium successione hic quaeratur, non quidem omnium promiscue, sed tantum eorum, qui ex eadem linea sunt cum ultimo defuncto: ueluti, ut ad superius schema digitum intendamus, decimo quinto defuncto, sine descendentibus,

 sine

fine dubio fuccedit fextus et feptimus, hoc eft, defuncti patrui, exclufis octauo, nono et reliquis. ratio ac uis non in linea confiftit, nam idem obtinet in communi fuccedendi iure etiam in allodialibus, fed in *gradus* proximitate: patruus enim defuncti, fratris fui filio fuccedens, proximior eft gradu, quam patrui magni, fecundi, tertii cet. filii, inter fefe patrueles. Atque hoc idem iuris obtinet in allodiali quoque fucceffione, adeoque prorfus nihil hic de nefcio qua linearum fucceffione continetur, fed quod lineae mentio fit, non ex ui lineae oritur, fed quia proximitas *gradus* in illa linea continetur. Optime Iac. Aluarottus *ad h. t. n. 4.* notat: *prima caussa est descendentium, et admittuntur usque in infinitum, donec aliquis ex ipsis exstat: nullo autem exstante, tunc ad collaterales agnatos deuenitur, quorum succeffio similiter ad infinitum extenditur, quando feudum est paternum, ut hic, et in cap. 1. de gradib. Et istis casibus circa fucceffiones istas feruatur idem ordo, qui in legibus continetur. Cap. 1. an ille, qui interfec.* Neque uero myfterium aliquod trinae deuolutionis feudi in cafu propofito eft quaerendum, quippe quae ex contingentia facti prouenit, atque idem fuiffet, fi femel aut bis id contigiffet: fed haec eft uera mens atque intentio Oberti noftri; quum antea regulam de defcendentibus in infinitum fuccedentibus propofuerat, fubiicit hanc limitationem, ut hic non tantum attendendi fint defcendentes primi adquirentis, fed potiffimum et

praecipue proximus gradu ultimo defuncto feudi possessori; itaque defuncto decimo quinto in superiori schemate, et exstinctis filiis quinti, reliqui sextus, septimus, octauus, cet. respectu primi adquirentis omnes inuicem sunt *patrueles*, et in pari gradu; uerum hoc ait non sufficere, sed proximitatem debere aestimari ratione ultimo defuncti: et ita tantum consequenter accidit, ut linea primi excludat reliquas lineas, sed ut saepissime dictum, non ui lineae, sed *gradus*. Neque error est aut uitium sermonis, quod Obertus patruelium hic facit mentionem, quod superius iam monitum.

§. VIII.

Quaestio. Atque exhinc decisio quaestionis uulgo iactatae dependet: *utrum in feudis non tam ultimo possessori, quam primo adquirenti succedatur?* quae recte negatur ex huius textus auctoritate; cum quo consentit Gerardus *I. Feud. 14.* ibi: *fratres uel nepotes per inuestituram patris et aui in beneficium succedunt defuncto.* Caussa quippe adaequata et immediata successionis est proximitas gradus inter ultimo defunctum uasallum et inter agnatum successurum: neutiquam uero proximitas inter hunc et primum adquirentem; alias in casu proposito succederent omnes patrueles promiscue: etsi istud facile concedatur, caussam successionis remotam et mediatam atque radicem iuris huius in primo adquirente positam esse. Quam sententiam, ut a plerisque interpretibus adprobatam et usu fori receptam contra Hotomanni nouas specu-

ſpeculationes propugnat Roſenthal. *cap. 7. concl. 57.* conf. Eyben *Elect. iur. feud. cap. 7. §. 8. n. 15. §. 10. §. 12.* Rhetius in *Iur. publ. part. II. cap. 43. in fin.* Beſold. in *Conſil. part. VI. conſil. 265.*

§. IX.

Fundamentum igitur linealis ſucceſſionis quum in noſtro textu nullum penitus exſiſtat, neceſſe eſt, ut omnia tamquam in aëre ſuperſtructa corruant. Plane Andr. de Iſernia ad hunc textum *n penult.* haec notat: *proximiores agnati ſuccedunt: ſed illis deficientibus uocantur omnes aliae lineae aequaliter, i. e. qui ſunt in proximiori linea poſt illam aequaliter admittuntur. l. cum ita. §. in fideicommiſſ. D. de legat. 2. l. fin. C. de uerb ſign.* Atque unicus eſt, quod ſciam, inter ueteres, qui ita loquitur, et uim uerbis ac ſenſui infert. Non enim ſaluo ſenſu genuino poteſt proximitas ceterarum linearum extorqueri ex textu, ſed *graduum* tantum; id quod conſtat primo ex particula aduerſatiua, quae caſum diuerſum a priori infert; at prius dixerat: *ad ſolos et omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit:* ratio, quia hi proximiores gradu ſunt. Mox diuerſum caſum proponit: *ſed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliae lineae aequaliter uocantur.* Igitur non in priori caſu ſecundum linearum diuerſitatem, ſed *aequaliter*, non attenta proximitate lineae, quod alterum receptae interpretationis eſt fundamentum, ex uocabulo *aequaliter*, quod excludit praerogatiuam inter lineas. Sed more ſuo Iſernias obſcu-

Iſernias explicatus.

obscurius haec dixit, quae perspicue magis eloqui potuisset. Neque enim animus ipsi fuit, hic aliquid singulare prae antecessoribus suis statuere, id quod dilucide constat ex subiecta ab ipso *l. 32. §. fin. D. de legat. 2.* in qua nihil de praerogatiua linearum, sed graduum tantum; ait enim Modestinus: *in fideicommisso, quod* FAMILIAE *relinquitur, hi ad petitionem eius admitti possunt, qui nominati sunt, aut, post omnes eos exstinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo testator moreretur, et qui ex his primo gradu procreati sint; nisi specialiter defunctus ad ulteriores uoluntatem suam extenderit.* Vbi glossa ait: *et sic post nominatos admittuntur omnes, qui proximiores sunt in gradu siue agnationis, siue cognationis.* Quod igitur Isernias hic dicit *de proximiori linea*, id de gradu intellexit, de quo *d. l. 32.* et pariter altera ab eo in hanc sententiam allegata *l. fin. C. de uerb. signif.* ibi: *et hoc uidelicet gradatim fieri.* Et certe si nouam et peculiarem sententiam de successione linearum introduxisset Isernias, id subsequentes commentatores notassent. At Praepositus, qui Iserniam perpetuo allegat, hic nihil, nisi pristinam adfert interpretationem: *nota*, ait, quod ubi plures agnati procedentes ex diuersis lineis adspirare uolunt ad successionem feudi alicuius uasalli agnati mortui, primo uocandi sunt GRADATIM ad dictam successionem in linea communi cum mortuo, et, si nullus ex ea linea superest, tunc transferendum est ad alias lineas, seruata GRADVVM praerogatiua,

gatiua, ut hic et in *§. 1. de grad. succ. in feud.* Equidem Matth. de Afflictis uerba Iserniae recitat, suppresso eius nomine, in summa huius §. *dummodo*, ibi: *uocantur omnes aliae lineae superiores aequaliter, i. e. qui sunt in proximiori linea, propter illam aequalitatem admittuntur ad successionem.* Sed mox incommodam hanc loquelam *n. 4.* explicat rectius: *nota, quod omnes lineae possunt uocari ex iure edicti successorii, seruata tamen* GRADVS *praerogatiua: sed qui erunt in eadem linea, aequaliter uocabuntur, siue aequaliter succedunt.*

§. X.

Vt igitur auctoritas Iserniae parum ad rem facit, ita nec ratio, quae pro ista opinione adducitur, quidquam stringit. Ea est: *si necesse est in feudis, quae ad unum deferuntur, exstincta una linea, succedere unum quemdam ex linea diuersa, et uero contingere potest, ut pares gradu sint agnati ex diuersis lineis, (quemadmodum in familia archipalatina contigit superiori saeculo, dum morte Ottonis Henrici electoris exstingueretur linea Ludouici Barbati, ubi Fridericus III. ex Simmerensi linea, et Georgius Ioannes ex Veldentina pares gradu erant), ne hoc absurdum adstruendum sit, tali casu, ubi feudum apertum nondum est, lineas sibi inuicem impedimento esse in successione feudi indiuidui, necessario asserendum erit, exstincta una linea, quod etiam in hoc exemplo contigit, non minus attendi lineam proximam collateralem, praeferrique aliis remotioribus, quam id ipsum obseruatur,* Ratio dissentientis

tur, dum superſunt eiusdem lineae agnati, qui indubie praeferuntur aliarum linearum agnatis, praecluſo reſpectu gradus. Primo in hoc argumento praeſupponitur, hic agi de feudo aliquo indiuiduo, quod praeciſe ad unum ſolum deuolui debeat. At *μέγα λίαν αἴτημα*, ut ex ſuperioribus iam abuode conſtat, et littera ipſa effatur, interpreteſque conſentiunt, per diuiſionem ſcilicet fraternum perueniſſe feudum aliquod ita ad unum, ut reliqui fratres uel alia feuda, ſi qua reliquit defunctus, quorum eadem erit ratio, uel allodia, uel aeſtimationem accepiſſe intelligantur.

§. XI.

Reſponſio ad deductionem ad abſurdum. Poſito tamen per ſe tali caſu de feudo indiuiduo, et ad unum ſolum deuoluendo, et de concurrentia quoque agnatorum in pari gradu diuerſatum linearum, qualis ex sereniſſima familia archipalatina Rudolphina allegatur, propterea tamen ne lineae ſibi impedimento ſint inuicem, neceſſario aſſerendum eſſe, lineam proximam praeferendam remotioribus. Nam haec conſequentia certe ex noſtro textu, ob diuerſitatem caſus et deciſionis, neutiquam deduci poteſt; ſed ſecundum noſtrum textum et eius rationem pares gradu agnati, ſi uterque capax eſſet ſucceſſionis, ita ſuccederent in feudo indiuiduo, ut aut omnes in ſolidum ſuccederent, quemadmodum ita ante Auream Bullam obtinuit etiam in electoralibus, ſicuti Ottonis, ducis Bauariae, filiis, Ludouico Seuero et Henrico, electoratus ſimul attributus fuit per decretum

cretum Rudolphi Imp. a. 1275. aut ut alter aestimationem portionis suae hereditariae accipiat, aut alia feuda aut allodialia. Quodsi uero, iure primogeniturae forte introducto, quod tamen hic textus ignorat, succesſio inter agnatos remotiores diuerſarum linearum, eiusdem tamen gradus, controuerſa ſit, non ex ficta linearum proximitate, ſed ex aetatis et annorum ratione atque ſenioratus iure conuenientet decidi poteſt.

§. XII.

Quemadmodum etiam re uera exinde decisa fuit tempore Friderici III. electoris, quippe natus erat a. Chr. 1525. Wolfgangus uero a. Chr. 1526. et Georgius Ioannes adhuc minoris erat aetatis, non uero ex lineae praerogatiua; alias enim tota iſta reſeruatio casus tertii, quoad ſucceſſionem collateralium, ut imperatoris et electorum deciſioni euentualiter ſubmitteretur controuerſia forte emergens, nullum locum inuenifſet, nec ulla dubitandi ratio adfuiſſet: quia autem hac de re fuit non tantum dubitatum, ſed etiam non tranſactum, uerum deciſioni iudicum competentium res, tamquam dubia, reſeruata; neceſſario ſequitur, quod in hac ipſa ſereniſſima familia, et in illa ipſa tranſactione Heidelbergenſi, quae communiter adpellatur, linearum praerogatiua pro fundamento et decidendi ratione ab ipſis ſereniſſimis paciſcentibus, et eorum conſiliariis, habita neutiquam fuerit. Adeoque facillime eliditur praetenſa deductio ad abſurdum per exceptionem inſufficientis enumerationis, *ne ſcilicet, ſi plu-*

si plures essent ex diuersis lineis pari gradu, dicendum sit, deficere successionem agnatorum, familia nondum exstincta; lex enim uetat successionem diuidi. Ergo aut nulla erit successio, aut, quod sustinendum est, deferetur uni uirtute lineae. Respondeo: datur tertium, deferetur uni uirtute aetatis et iure senioratus, si pares gradu concurrant, et uni praecise successio deferatur, reliquis exclusis hactenus.

§. XIII.

Porro nec haec feudistae, ut loquuntur, mens est, quando quid fit *ad proximiores pertinere*, exponens ait: *isti uero* (fratres defuncti) *proximiores esse dicuntur respectu aliarum linearum*, quasi semper et perpetuo anterior linea excludat sequentem; nec enim de hoc unquam cogitauit Obertus, sed, ut iam tum satis inculcatum est, quia in hac linea patrui constituuntur, in reliquis patrui magni atque ulteriores agnati. Ex uno itaque falso praesupposito, nec concesso, nec probato, sequuntur plurima alia, et inprimis fallens ista regula: *quamdiu feudum uni tantum potest obuenire, tamdiu prioritatem lineae cuiuscumque, sine gradus proximioris respectu, in successione attendi.* Contra loquitur textus, et saniores interpretes omnes. Sed et perperam exinde ad successionem in regnis principatibusque arguitur, nec enim regna regulariter feuda esse solent, nec principatus omnes moribus hodiernis indiuidui sunt: et si qui sunt, certe ex nostro textu probari


probari nunquam poterit, in successione in his lineam ante gradum attendi, sed gradum in linea, eaque non tantum speciali et priori, sed et in quauis alia remotiori aequaliter. Hoc tam certum est, quam quod certissimum, ac nemo, nisi praeconcepta opinione immersus, pertinaciter negare poterit.

§. XIV.

Plane alius casus, et qui κατὰ τὸ ῥητὸν in nostro textu expressus haud cernitur, est, quem Franc. Sonsbeckius *de usu feudor. part. IX. conclus. 7. n. 112.* proponit, itemque Struuius in *Syntagm. iur. feudal. cap. 9. §. 7. n. 3. sqq.* Ait Sonsbeckius: *si moriens relinquit solum fratrum nepotes, illi succedunt simul in capita, et non in stirpes. Et si esset ex magnis patruis aliquis, qui in eodem gradu cum illis esset, hoc casu, licet iure ciuili simul succederent, tam* PVTO *in feudis, quod magnus iste patruus excluderetur a fratrum nepotibus, et non solum ab illis,* (ut gradu proximioribus), *sed etiam a pronepotibus, et omnibus descendentibus ex illa linea, per textum notabilem cap. 1. §. paternum, usque ad finem, de nat. success. feud. qui in effectu uelle uidetur, omnes, qui sunt illius lineae, qui obiit,* DESCENDENTES *praeferri ex alia linea adscendentibus. At defuncti linea se solum extendit ad* PATREM (defuncti) *adscendendo, et rursum descendit ad fratrem; ergo patruus, uel patruus magnus, uel propatruus defuncti, et similes excluderentur: nam supra patrem rursus alia linea auspicatur.* Vocat autem aliam

 lineam

lineam illam, quae est extra lineam, ex qua is est, qui obiit. Hactenus ille. Schema tale fuerit:



§. XV.

Hic quaeritur iam de illis, qui in eodem cum defuncto gradu sunt, ueluti in quarto patruus magnus et pronepos ex fratre; uel in tertio, ut patruus Sempronius et Seius ex fratre nepos defuncti, an pariter ad successionem defuncti Maeuii admittantur? Ratio dubitandi est ex regula communi superius stabilita *cap. 1. §. 9.* quod in casibus in iure feudali non decisis iure ciuili utamur, quamque rationem non dubitandi, sed decidendi, esse, contendit Rosenhalius *cap 7. conclus. 57. n. 17.* ad Sonsbeckii rationes respondens, et in suam sententiam *litt. n.* Iserniam, Baldum, Aluarottum, Schenckium, Zasium, Cuiacium, Eguinarium Baronem, Forsterum, et plurimos alios doctores laudat, et mauult textum nostrum cum communi et recepta interpretatione aliquantulum explicare, et pauca uerba subintelligere, quam contra iura commu-

nia,

nia, quibus alii textus successionem feudalem, quoad graduum computationem faciunt similem, absonam succedendi rationem admittere. Cum enim in eo omnes consentiant, quod, quando feudum ex diuisione ad unum filiorum uenerit, alii non succedant, donec ex ista linea, uel eo, cui in diuisione adiudicatum est, aliquis superfit; id tamen ita intelligendum esse secundum communem sententiam, nisi ex ista linea superstites illi ultimo defuncto etiam sint collaterales, et ex altera linea nemo eos gradu antecedat. Contra uero Sonsbeckium Struuius sequitur, et aduersus Rosenthalium defendit. Quaestio eo redit, quum textus noster hunc casum non exprimat, an interpretatio extensiua locum inueniat? Id uero ex ratione decidendi casus in textu expressi habendum est. Haec uero partim est, quod proximior gradu excludat remotiorem; ergo sextus excludit octauum et reliquos in successione, iuxta prius schema: itemque, quod descendentes semper excludant adscendentes defuncti. De hac uero iam porro quaeritur, an non inter praecise defuncti descendentes et adscendentes in linea recta, sed etiam in linea adscendentium, et descendentium transuersali hoc obtineat, et quod descendentes etiam ex fratre excludant adscendentes etiam ex transuerso, etsi in eodem gradu cum descendentibus. Atque cur primus Sonsbeckius hanc ampliationem interpretationem amplexus fuit, in his uerbis exponit: „et quod eius sim sententiae, moueor ex „*dict. textu cap. 1. §. patern. uers. dummodo scias,*

„*de nat. success. feudal.* ubi non tam sollicite „dixisset, *dummodo scias*. Praeterea moueor „ex uerbis *dicti textus*, ibi: *ex latere omnes* „*per masculos* DESCENDENTES *usque in in-* „*finitum*. Non enim inquit *adscendentes*, „quod est considerandum. Rursus moueor „ex eo, quod ibidem inquit, cum quaere„retur in *dict. cap. 1. §. patern. uers. respon-* „*deo*, ad quos in linea transuersali feudum „descenderet: *respondeo, ad solos et ad omnes*, „*qui ex linea sunt, ex qua iste fuit*. Quae „uerba otiosa ibi posita non dicemus, sed be„ne notanda in casu isto specialissimo, qui „contingere saepe posset.„ Haec ille.

§. XVI.

Quamuis autem interpretatio communis est restrictiua, atque ideo extensiuae praeferenda regulariter, nisi ratio, sub quam uenit casus, ad quem extensio facienda est, sit caussa unica et adaequata, quae legislatorem mouit, ut docet Hugo Grotius *de iur. bell. et pac. lib. II. cap. 16. §. 20. n. 2.* atque secundum communem et restrictiuam interpretationem utique nulla proximitas lineae admittitur, quemadmodum etiam re ipsa nulla datur de iure feudali communi; multo minus in hoc textu maximopere urgetur ab Oberto, sicuti iam antea pluribus fuit demonstratum: nihilominus tamen non exinde sequitur, *gradus proximitatem perinde, ut iure ciuili, in nostro textu attendi*. Sed utique exceptio, adeoque ius singulare hic continetur, ut uerba, *dummodo scias*, et, *respondeo*,„ cet. satis innuunt. Nimirum, ut antea

iam

iam dictum, descendentes secundum Sonsbeckii interpretationem ita considerantur, et cum hoc effectu, ut excludant adscendentes etiam in linea transuersali, respectu ultimo defuncti. Quae sententia utique non displicet, fundata in differentia prima iuris ciuilis et feudalis, et huius regula, de qua *cap. 2.* et indiget haec controuersia, ubi per obseruantiam non est decisa, decisione legislatoriae potestatis.

§. XVII.

Verum enim uero etsi Sonsbeckiana decisio recipiatur, propterea tamen neutiquam noua species successionis linearis ex hoc textu extorqueri potest, ut, prima linea exstincta, deinceps reliquae lineae singulae sine omni *gradus* proximitatis attentione secundum seriem suam et praetensam proximitatem una post alteram in infinitum succedat. Neque enim haec consecutio ullo modo probata est, neque umquam probari potest, nec ab ipsis Sonsbeckianae sententiae addictis adprobatur. Saepe laudatus, et de iure feudali non minus, quam de omni iuris prudentia, optime meritus Struuius sententiam quidem illam sequitur, *sed*, inquit, *de proximitate lineae, quae dict. II. Feudor. 50. requiritur, res non est liquida.* Scilicet nec istud liquidum est et probatum, quod lineae proximitas *dict. II. Feudor. 50.* requiratur (*).

(*) Sic et Tiraquell. *de primogen qu. 23 n. 13* ait, ius primogeniturae, quantum ad successionem pertinet, nihil commune habere cum feudis.

Et mox *n. 4.* restringit oppido hanc definitionem ad lineam dumtaxat specialem primam. Ait: *quod si uero deficiant descendentes ex illa linea speciali, reliquae lineae sunt pares, et neutra prae altera habet praerogatiuam.* Dict. *II. Feudor. 50. in fin.* Et *n. 7.* pergit in eamdem sententiam: *atque hinc si forte linea defuncti deficiente ex duabus aliis lineis (quae tamen et ipsae a primo adquirente ueniunt), adsint ex defuncti patruo magno nepotes, et ex altero patruo magno pronepotes; nepotes, utpote gradu propinquiores defuncto, excludent pronepotes: neque hic locus est iuri repraesentationis, quod ultra defuncti fratrum filios non locum habet,* cet. Ex quibus oppido conficitur, non dari ex hoc textu successionis speciem, quae ex lineae proximitate uim suam obtineat, sed saltem ex natura speciali successionis feudalis *descendentium*, qui adscendentes omnes excludunt, et ita non primario ac per se, sed per accidens, et consequenter tantum nomen et ratio lineae hic habetur. Vbi ergo nulli amplius sunt descendentes, qui adscendentes etiam transuersae lineae excludant, ibi et ratio illa cessat, atque sic nulla linearum ex hoc textu datur successio. Id quod erat demonstrandum. (*)

CAPVT

(*) M. Anton. Peregrinus in *consilio de successionibus in regiis dignitatibus*, subiecto eius libris *de iure fisci*, distinguit, utrum iure regni, an iure sanguinis deferatur successio. In regnis iure regni deferri successionem per *cap. grande, de suppl. neglig. praelat. in 6.* h. e. iure primogeniturae, et feminis, ordine geniturae; in feudis uero emphyteu-

CAPVT. IV.
DE SVCCESSIONE LINEALI.

* * *

§. I.

Haec de *successione feudali*, quae communiter hereditaria dicitur, eo, quod ad heredes feudales secundum proximitatem *gradus*, h. e. ad descendentes atque aguatos, defetatur: quaeque iuris feudalis communis siue Langobardici est, postquam hoc ius per se particulare, instar iuris Iustinianei, figuram iuris communis in Germania suscepisse cernitur (*) Ceteroquin haud temnenda est Hugonis Grotii doctrina *de iur. bell. et pac. lib. II. cap. 7. §. 21.* dicentis: *in iis autem regnis, quae primitus data sunt in feudum*, (par ratio principatuum regali dignitate fulgentium sub feudali nexu) *ab eo, qui plene dominus erat, sequenda erit lex successionis feudalis;* — Successionis feudalis species, I. hereditaria.

phyteuticis, fidei commissis, successionem deferri iure sanguinis, et proximiorem in gradu, non priorem in linea succedere. *Num. 2. seqq. n. 52. n. 56. seqq.*

(*) At non solius iuris Langobardici sed et Alamannici, quo Erblehn contradistinguitur feudo nouo, tamquam paternum, hereditarium, h. e. transmissibile ad filios et descendentes. *Ius feud. Alamann. cap. 67. ius Sax. cap. 37.*

lis; non semper Langobardica illa, quam perscriptam habemus, sed quae in gente quaque recepta fuit, quo tempore data est prima inuestitura. Nam Gothi, Vandali, Alemanni, Franci, Burgundiones, Angli, Saxones, nationes omnes Germanicae, quae partes optimas imperii Romani bello occuparunt, suas singuli leges aut mores de feudis non minus, quam Langobardi, habuerunt. Hinc, quum Langobardi et Franci inter gentes Teutonicas tum armis tum legibus pollerent, contigit, ut successio feudalis et feudorum natura diuideretur in feudum *Lombardicum* et *Francum*, siue, (quod idem est hic), successionem iuris Langobardici et aliam iuris Francici. Successio iuris et feudi Langobardici hactenus fuit ad ductum textus propositi exposita; quae alias a doctoribus etiam uocatur successio in *feudo plano*, in feudo *de tabula*, sed et iuris Germanici esse Goldasto *lib. II. sentor. cap. 3. n. 1.* non male uidetur.

§. II.

II. Francica siue linealis. Successio autem in *feudo iuris Francici*, itemque in feudo *quaternato* est, in qua solus primogenitus succedit inter fratres, ut praeter alios docet Matth. de Afflictis *ad textum nostrum pr. n. 45.* Vocatum autem fuit apud Siculos et Neapolitanos *quaternatum* feudum, quod regiis quaternionibus inscriptum et nobilitatem confert; quaterniones uocant protocolla et acta publica curiarum regiarum, ut obseruat H. Spelmannus in *Glossario*, et ab Anglis *Recorda* uocari: communiter hodie adpellatur LINEALIS successio,

qua

qua ius ſuccedendi reſtringitur ad ſingulas lineas filiorum primi adquirentis, ut ſemper prior linea ſubſequentem, iure primogenitu-rae, excludat. Otho Friſingenſis *lib. II cap. 9.* ait: *mos eſt in Burgundia, qui fere in omnibus Galliae prouinciis ſeruatur, quod ſemper ſeniori fratri, eiuſque liberis paternae hereditatis cedat auctoritas.* Quod dictum fuit, *iure Francorum uiuere* (*). Vid. P. de Vineis. Haec porro reſtringitur ad ſexum maſculinum, et *agnatica linealis* ſucceſſio uocatur, cui contradiſtinguitur *cognatica*, qua et feminini ſexus perſonae ad ſucceſſionem admittuntur, idque iterum dupliciter, uel deficiente agnatica, uel etiam ſine differentia ſexus, ita ut ob ſexum aut aetatem numquam transſeatur de linea in lineam, quae ſucceſſio *Ca-*

(*) Petr. de Vineis, *lib. 17. epiſt. 25. uiuens*, inquit, *iure Francorum, in eo uidelicet, quod maior natu, excluſis minoribus fratribus et coheredibus, in caſtro ipſo ſuccedat inter eos nullo tempore diuidendo.* Alb. Muſſat. *de geſt. Henr. VII. Caeſ. lib. I. pr. Henricus cum tribus reliquis, eodem patre natis, ſuperſtes manſit paternae domus* (Lucelburg.) *maior, ut primogenitus, lege Gallica.* Refert Muſſatus Henricum et Lucelburgum ad Galliam Belgicam, nam et lingua Gallica uſum refert in *fin. lib I.* qua ſe ſatis contulerit intelligentiae Latinorum. Ceterum Felix Oſius, ad Muſſati locum, diſtinguit inter legem Salicam et Gallicam, quod ſuo modo admitti poſſit, cum lex Gallica ſeu ius Gallicum latius pateat Salico: ſed quod Salicam legem reſtringit ad Francos orientales, et Gallicam dicit Ripuariam, atque Germanorum eſſe, h. e. Francorum occidentalium, ea pudendos errores mihi uidentur fouere.

filiiana nonnullis adpellatur, et in *iure* quoque *maioratus* cernitur, de quo Molina *de primogenit. Hispan..* De hac et Argentraeus *Hist. Britan. lib. VI. cap. 4.* intelligendus: *in successionibus liberi primogeniti, siue sint masculi aut femellae, et similiter liberi secundogeniti absque liberis ex proprio corpore decesserint, in successione feudorum iure primogeniturae repraesentant personas patrum suorum, et ueniunt ad talia iura successionum et primogenituráe, sicut eorum patres, si uiuerent, eorum patruos, auunculos excludendo, secundum generalem et notoriam consuetudinem, tam in successionibus per rectam lineam, quam a latere obuenientibus: et de usu et consuetudine ante dicta, filia succedit in feudis, siue sint ducatus, comitatus, perriae, aut baroniae, quantumcumque magni et nobiles; et quod ita euenerat in comitatibus Artesiae, Campaniae, Tolosae, et Britanniae.* Denique et istud bene monet Hugo Grotius dict. *lib. II. cap. 7. §. 24.* posse et alios successionum modos introduci; et introductos diuersimode obseruat. Similiter itaque potest et mixtus successionis modus dari, partim ex lineali, partim ex hereditaria feudali, utraque scilicet agnatica, ita ut ratio linearum inter fratres et eorum descendentes habeatur, inter ulteriores agnatos porro sola graduum proximitas respectu defuncti ultimi possessoris.

§. III.

Quum igitur iure communi feudali, h. e. Langobardico, in regno quoque Teutonico communiter recepto, saluo tamen cuiusuis prouin-

prouinciae iure proprio, incognita sit linealis successio, et iure Francico demum per primogeniturae introductionem et prohibitam diuisionem coeperit, postquam feuda iam ad heredes transmitterentur, ita ut etiam illae prouinciae, quae iure Langobardico feudali usae fuerant, in imperium Francorum redactae feuda iuris Francici receperint: dispiciendum nunc est, *an et quatenus ista linealis successio et primogeniturae ius in Germaniae imperio introducta sit?* Atque eam ante Aureae Bullae a Carolo IV. imperatore factam promulgationem uix uiguisse, recte, ni fallor, Arnoldus Engelbrechtus *de success. in electorat. §. 78. seqq.* adserit, et ab indiuiduitate alicuius feudi ad ius primogeniturae et successionem lineae perperam argui, docet. Etsi itaque electoratus etiam antea fuerint indiuidui, successionis tamen et iuris eligendi capaces sese una omnes filii electorum habebant, atque exercebant: sed et antiqua controuersia inter patruos atque nepotes uarie iterum agitata, interdum et alternatiua successio pactionibus initis turbas publicas sedauit, donec tandem Carolus IV. imp. illas controuersias per Bullam et introductionem iuris primogeniturae inter fratres electorales simul ac semel decideret. Successio linealis an in Germania?

§. IV.

Verba *Bullae cap. 7.* haec sunt: *ne inter eorundem principum saecularium electorum* FILIOS *super iure, uoce et potestate praefata futuris temporibus scandalorum et dissensionum* Aur. Bull. cap. 7.

mum possit materia suscitari, et sic bonum commune periculosis dilationibus impediri, futuris, auctore DEO, *cupientes periculis salubriter obuiare, statuimus, et imperiali auctoritate, praesenti lege perpetuis temporibus ualitura, decernimus, ut postquam iidem principes electores saeculares et eorum quilibet esse desierit, ius, uox, et potestas electionis huiusmodi ad filium suum* PRIMOGENITVM, *legitimum, laicum, illo uero non exstante, ad eiusdem* PRIMOGENITI PRIMOGENITVM *similiter laicum, libere et sine contradictione cuiuspiam deuoluatur. Si uero primogenitus huiusmodi absque heredibus masculis legitimis laicis ab hac luce migraret, uirtute praesentis imperialis edicti, ius, uox, et potestas electionis praedictae ad* SENIOREM FRATREM *laicum, per ueram paternalem lineam descendentem, et deinceps ad illius primogenitum laicum deuoluatur. Et talis successio in primogenitis et heredibus principum eorumdem in iure et potestate praemissis, perpetuis temporibus obseruetur.* Et *cap.* 25. exceptionibus subiicitur

Cap. 25. regula praedicta: *primogenitus* FILIVS *succedat in eis, sibique soli ius ac dominium competat: nisi forte mente captus, fatuus, seu alterius famosi et notabilis defectus exsisteret, propter quem non deberet seu posset hominibus principari: in quo casu, inhibita sibi successione,* SECVNDOGENITVS, *si fuerit in ea progenie; seu alium* SENIOREM FRATREM *uel consanguineum, laicum, qui paterno stipiti in descendenti recta linea proximior fuerit, uolumus successurum: qui tamen apud alios* FRA-

TRES

TRES *et* SORORES *se clementem et pium exhibebit continuo* cet.

§. V.

Ad rite interpretandam hanc constitutionem recte aduertit Engelbrechtus *§. 118.* tres hic esse uocationes: *descendentium* (*), *fratrum* (**), et agnatorum (***). In linea descendentium imperatorem anxie et adcurate dispofuisse lineas subordinatas speciales secundogeniti, tertiogeniti, cet. ultimo autem omnium agnatorum seniorem et proximiorem uocasse. En confitentem reum! cu- Interpretatio.

(*) Non defuncti primi adquirentis, sed potius eius successoris, primogeniti filii.

(**) Fratrumque filios: Ita definiuit *Authent. post fratres.* C. *de legit. her.* ibi *post fratres fratrumque filios uocantur quicumque sunt gradu proximores* Sic et II. Feudor. 11. ibi: *his uero deficientibus, uocantur primo fratres cum fratrum praemortuorum filiis: deinde agnati ulteriores.* Hattyser. *Analys. iur feud. cap. 7. p 87.* Eamdem tripartitam diuisionem obseruat Fridericus II imp in *lib III. constit. tit. 24. cap. 2.* de successione feudali, ubi primo sunt descendentes in infinitum, deinde fratres, corumque filii, et tertio in ulteriori gradu positi, scilicet filii nepotum ex fratribus, qui quidem diuerso a prioribus iure censentur.

(***) Qui quidem omnes sunt descendentes primi adquirentis, sed non primi successoris primogeniti, neque etiam eiusdem fratres; sed horum quidem descendentes, inter sese uero dumtaxat agnati collaterales, ut et respectu ultimo defuncti tales sunt, et dicuntur hactenus, quod et prae ceteris animaduertit Eybenius in *Elect. iur. feud. cap 7, 8, 17. pag. 145. in fin.*

ius postea κρυσόφυγετον §. 11. exigemus. Habet porro optima haec distinctio trium succedentium ordinum fundamentum in ipso iure diuino Hebraeorum, quo et quartus adiicitur, *Num. 27, 8.* ait legislator: *homo quum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hereditas: si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos; quodsi et fratres non fuerint, dabitis hereditatem fratribus patris eius; sin autem nec patruos habuerit, dabitur hereditas ei, qui ipsi proximus est.* Vocantur primo descendentes, secundum sexus praerogatiuam, deinde fratres, post patrui, denique agnati reliqui. Igitur iam satis patet,

Obiectio I. malam fieri consecutionem: *si imperator in fratrum successione voluit lineae praerogatiuam siue ius primogeniturae praeualere; ergo etiam in successione remotiori agnatorum.*

Responsio. Ratio diuersitatis uel ex eo patet, quod leges ferantur de frequentioribus, et de iis controuersiis, quae tempore legislatoris exstiterunt: unde porro consequitur, reliquos casus expresse non decisos, ex iure communi

Obiectio II. esse decidendos. Opponitur equidem, rationem, quae mouerit imperatorem et imperium, ad introducendum nouum hoc ius, fuisse, ut pax publica procuraretur, et perpetuus dissensus circa successionem in electoratibus excluderetur: eumdem igitur scopum in perpetuum non tantum inter nepotes, sed inter omnes electorum posteros inuentum

Responsio. intelligi. Verum enim uero nec ista consecutionis extensio firma est. Considerandum inprimis est, quae fuerint tum temporis controuer-

trouerfiae circa fucceffionem electoralem. Certe quum nondum ius primogeniturae et fucceffio linealis agnatica introducta fuerit, quod certum eft, et ab Engelbrechto quoque defenfum; oppido patet, non fuiffe de ifta fucceffionis linealis fpecie controuerfiam, adeoque nec de eo, an lineae potius praerogatiua, uel gradus proximitas in fucceffione attendenda, immo ne quidem de ulteriorum agnatorum fucceffione quaeri poterat, quippe cafus tunc per naturam rei nondum exfiftebat, et praeterea iure communi fatis erat definitus.

§. VI.

At uero controuerfiarum ratio in iure *repraefentationis* iam diu conftiterat, et maxime in eo, an contra regulam iuris Teutonici, quod *proximior gradu fit fucceffor*, admittenda fit exceptio iuris Romani de iure repraefentationis, et quatenus tandem? adeoque inter nepotes ex fratribus et patruos potiffimum lis uertebatur, utrum illi iure repraefentationis hos, gradu proximiores, excludere poffint? an potius ipfi a patruis excludendi fint? Et quamquam in legibus Langobardicis *lib. II. tit. 14. cap. 18.* regi Grimoaldo, *inhumanum et impium uifum, ut pro tali cauffa exheredentur filii ab hereditate patris fui, pro eo quod pater eorum in finu aui mortuus fit; fed ex omnibus aequalem cum patruis in loco patris fui poft mortem aui percipere portionem debeant*: tamen inter Germanos adhuc acriter difceptatum imperan-

Cafus et quaeftio.

peraute Ottone I. imp. Et quamuis statusin comitiis mediam sententiam ex iure Romano amplexi essent, non tamen prius, quam gladiatorio iudicio, ut tum moris erat, cognitio ueritatis comperta fuisset, decisio promulgata fuit, qua de re Witechindus *de reb. gest. Sax. lib. II.* At neque sic quies, quum diuersa ratio successionum in rebus allodialibus et iuris Romani; diuersa item in feudalibus, atque, in his iterum alia in feudis indiuiduis, in illustribus, in electoralibus. Quamobrem nulla tunc lis orta fuerat de agnatorum remotiorum successione ultimi ordinis, quippe quae iure communi per gradus proximitatem, nullo repraesentationis iure interueniente, satis certi iuris esset, sed de successione ordinis primi et secundi, et de admittendo iure repraesentationis contra gradus proximitatem, necne?

§. VII.

Decisio. Atque hanc demum controuersiam decidere sibi legislator noster proposuerat, atque eam decisionem utique in primogenitis et reliquis filiis siue heredibus electorum, perpetuis temporibus obseruari praecepit: at exinde non sustulisse ius hactenus non dubium nec controuersum tertii ordinis agnatorum remotiorum, dicendum est. Nec

Obiectio. quidquam ad rem facit, quod Aurea Bulla in linea collaterali expressam faciat mentionem filii per ueram LINEAM PATERNAM descendentis. Neque enim posito hoc,

Responsio I. necdum concesso, sequitur inde, igitur potissima

tissima consideratio est lineae, non gradus: non enim hic textus loquitur de linearum specialium inter sese serie aut praerogatiua, sed de *linea* paterna siue *paternali*; in textu uernaculo dicitur, von väterlicher Geburt; von rechtem väterlichen Stamm, h. e. ex stipite patris, primi adquirentis; id quod in textu nostro feudali *II Feud. 50.* exprimitur per *descendentes e latere, per masculos.* In *lege Salica*, supra *cap. 2. §. 7.* allegata, dicuntur tales, *qui ex paterno genere ueniunt.* In *lege Anglorum* adpellatur *paterna generatio.* Contradistinguitur scilicet generationi maternae et descendentibus per feminas, uel ex genere materno, quae etiam *linea materna* paternae opposita uocatur. Carolus IIII. rex Franciae de uita sua: *eodem anno obiit Carolus, Francorum rex, relicta uxore praegnante, quae filiam peperit. Et quum de consuetudine regni filiae non succedant, prouectus est Philippus filius soceri mei in regem Franciae, quia propinquior erat heres in* LINEA *masculina.* Albertus Argentinus in *Chronico: quum Francia a nullo haberi dicatur in feudum, quamuis e contra nullus per* FEMININAM LINEAM *succesisse dicatur.* Linea paternalis quid?

§. VIII.

Sed non necesse est, ut intelligamus Auream Bullam, contra mentem et intentio- Responsio 2.

nem legis latoris, de ultimo ordine agnatorum remotiorum, de quo tum nulla erat controuersia. Etsi *cap. 25.* per uerba: *seniorem fratrem* VEL CONSANGVINEVM, istud suadere uidetur, atque Engelbrechtus ita quoque interpretatur §. *132.* ibi: *in Aurea Bulla uocatur sane primogenitus: post eum secundogenitus, aut (ordinem successiuum denotat) alius senior frater, uel (si nimirum ille deficiat) consanguineus proximior:* idem tamen non extendit linearum praerogatiuam ac seriem ad ultimum agnatorum ordinem, sed hic itidem nobiscum proximitatem gradus, iuxta ius commune adgnoscit. At enim uerior est Limnaei interpretatio *ad Aur. Bull cap. 7. §. 2. obs. 17. quod Aurea Bulla tantum disponat de successione* FILIORVM *electoris, et horum prosapia, nihil uero exprimat de agnatis ceteris, uacante linea descendente;* rationem subiicit. *quod non solum,* inquit, *indicant uerba,* INTER EORVNDEM PRINCIPVM SAECVLARIVM ELEECTORVM FILIOS, *uerum etiam contextus ipse, in quo uerba,* AD SENIOREM FRATREM LAICVM, *interpretor de seniore fratre patris primogeniti.* Addo, idem patere ex dict. *cap. 24.* Etsi enim textus habet, *senior frater uel consanguineus*, tamen nonnisi de fratre, haud uero de agnato, intelligendum hoc esse, patet ex subsequentibus de fratribus reliquis et sororibus appanagio et dote

Vel, particula
prospiciendis. Itaque particula VEL hic non est

est disiunctiuae, sed interpretatiuae significationis, ut fratrem hic tantum intelligamus consanguineum, non uterinum; siue ex linea paternali, non materna. Qualem significationem determinatiuam etiam alibi obseruare est, et obseruauit Zasius in *l. 9. D. de iurisdict.* ibi: *quum plures serui iniuriam fecerunt uel dammum dederunt.* determinatiua.

§. IX.

Quum itaque in Aurea Bulla Caroli IIII. de successione agnatorum, ut tertio ordine successorum, nihil sit dispositum, adeoque nec iuris communis feudalis quidquam mutatum: consequens est, ut ius linearum in hoc successionis genere non obseruandum sit, sed ius commune feudale, et proximitas duntaxat *gradus*, cuiuscumque tandem lineae. Haec quum quidem certi iuris sint, satius tamen, et ad superabundantem cautelam conducere, duxit serenissimus elector Saxoniae et dux Luneburgensis, Wenceslaus, sibi suisque successoribus prospicere specialius, et ab eodem Carolo IIII. imp. impetrare bullam singularem et declaratoriam de iure et successione electorum Saxoniae, a. Chr. 1376. exhibitam a Goldasto *Constit. imperial. tom. I.* in qua speciatim Wenceslao et successoribus confirmatur ius electorale et archimarschallatus imperii, Bulla Saxonica.

Q 2 atque

atque quoad successionem in eodem, tres isti ordines succedendi distinctius exprimuntur, 1. descendentium scilicet primogeniti, 2. fratrum aut patruorum, atque nominetenus Alberti, Wenceslai patrui, ducis Luneburgensis, ac 3. denique agnatorum ulteriorum, de quibus ita §. 6. sancitum: *quibus omnibus non exstantibus, ad proximiorem heredem, secundum lineam paternalem, dumtaxat laicum, seniorem ducem Saxoniae, pro tempore, ac eius heredes secundum modum superius expressatum, in perpetuum legitime deuoluentur.* Quibus uerbis nullum ius et praerogatiua linearum amplius introductum cernitur, sed *proximior heres* defuncti uocatur ad successionem, ita tamen, ut ius feudale commune requirit, nempe *secundum lineam paternalem*, h. e. proximus agnatus, exclusa linea materna, siue cognatis: deinde, ut laicus sit successor, non clericus, et porro inter agnatos eiusdem gradus *senior pro tempore* mortis defuncti ultimi possessoris. Denique ut ab eo semel quaesita successio deinceps ad *eius heredes*, iterum *secundum modum superius expressatum, in perpetuum legitime deuoluatur*, h. e. iure primogeniturae, quia hic agnatus quasi nouus adquirens respectu descendentium et fratrum suorum consideratur. Neque enim sequitur, si succedit agnatus secundum gradus proximitatem; ergo succedunt etiam eius descendentes eodem

eodem modo. Ratio enim differentiae haec est: agnatus succedit qua talis, adeoque etiam in classe tertia consistens, ad quam se ius primogeniturae et lineale per hanc bullam haud extendit: at huius successoris descendentes succedunt ut descendentes, adeoque in classe prima aut secunda, et ex lege speciali, qua in his classibus ius primogeniturae est introductum.

§. X.

Exemplum Saxonum sequutus fuit Ludouicus III. elector, comes palatinus ad Rhenum, cognomine barbatus et coecus, qui similem et iisdem fere uerbis impetrauit bullam specialem a Sigismundo imp. a. 1413. et renouatam a. 1434. quam Goldastus eodem tomo *Constitutionum imperialium* habet *pag. 398.* et de agnatorum successione eadem formula res definita cernitur. Ex qua istud obseruandum, quod *praesenior* adpellatur Rupertus I. elector Palatinus, et eius ex fratre nepos ac successor Rupertus II. *senior*, h. e. auus Ludouici III. barbati, electoris Palatini; erat autem Rupertus I. frater Adolphi, proaui Ludouici III. electoris, siue propattuus. Atque de huius Ludouici successione ita ibi disponitur, ut, mortuo eo, eiusque descendentibus, (quod contigit in Ottone Henrico electore a. 1559.) ad successionem uocetur senior frater Ludouici,

Bulla Palatina.

Praesenior.

qui fuit Ioannes, Neoburgicus dictus, et post huius obitum filius eius primogenitus, qui fuit Christophorus, postea rex Danorum, et sic deinceps descendentes Ioannis fratris secundogeniti. *Quibus omnibus*, ait textus, *non exstantibus*, uti contigit Ottone Henrico mortuo, non Friderico, tertio fratri Ludouici, nec Ottoni, quartogenito, nec denique Stephano, quintogenito; quippe nec ipsis amplius exstantibus; defertur successio electoralis, aut horum lineis, secundum harum seriem et genituram; sed simpliciter iam reditur AD PROXIMIOREM HEREDEM, qui tamen sit heres SECVNDVM LINEAM PATERNALEM; agnatus, non cognatus ex linea materna, nec clericus; itaque *dumtaxat ad laicum*, et inter eiusdem gradus ad SENIOREM comitem Palatinum, PRO TEMPORE, mortis scilicet ultimo defuncti. Itaque satis inde constat, quod primogenitura ad fratres restricta sit, et quod hi excludantur a primogeniti descendentibus: omnibus autem et descendentibus et fratribus quoque exstinctis, non iure primogeniturae successio agnatis defertur, sed proximitate *gradus*, secundum ueterem regulam (*).

§. XI.

(*) Ita sentit Goldastus, Limnaeus, Rhetius *Iur. publ. l. 7, 8,*

§. XI.

Quod enim praesupponitur a nonnullis, in praesenti casu successionis agnatorum tertii ordinis, ab initio in Aurea Bulla omnes filios primi adquirentis, et primogeniti fratres secundum ordinem geniturae fuisse specialiter a lege uocatos ad successionem electoralem, et omnes posteros haberi pro descendentibus, respectu scilicet primi adquirentis, hoc nondum est comprobatum, multo minus concessum: sed hoc quidem uerum est, si fratres sunt superstites posterioris primogeniti, quod secundum ordinem geniturae succedere debeant; at omnibus his non amplius exstantibus, casus successionis agnatorum ulteriorum exsistit, et defertur iam his tutela secundum ius commune et proximitatem gradus. Id quod per deductionem ad absurdum et inconueniens non difficulter ostendi potest. Hoc siquidem uerum atque utrinque concessum est, quod neque fratres, multo minus agnati proximi succedant in feudis, nisi haec sint paterna, siue nisi illi sint ex linea descendentis primi adquirentis, *I. Feudor.* 1. §. 2. *tit.* 14. §. *fin. tit.* 20. *Feudor.* 12. et Rosenthal. *de feud. cap.* 7. *concl.* 58. indubitatam iuris feudalis regulam esse, et in camera imperiali innumeris praeiudiciis confirmatam testatur, itemque Eyben. *Elect. iur. feud. cap.* 7. §. 13. Conf. Goldast. *de maiorat. lib.*

Obiectio.

Responsio.

lib III. cap. 27. Praesupposito iam cum Engelbrechto, agnatos, qui in tertio ordine per bullas superiores ad feuda electoralia uocantur, non intelligi eos, qui ex descendentibus primi adquirentis sunt, sed qui post lineam descendentium primi adquirentis exstinctam supersunt adhuc in familia; sequitur haec conclusio: ergo agnati, qui per bullas superiores uocantur ad successionem, non succedunt. Falsa itaque est ipsa hypothesis Engelbrechti, quam §. 130. et 134. ita proposuit, et τὸ πρῶτον ψεῦδος totius huius alias satis momentosae controuersiae in ea sublitescit.

§. XII.

Exhinc porro et ista aeque lubrica, et prudentibus antea incognita hypothesis corruit, duo primogeniturae, h. e. successionis linearis, fundamenta haberi, *naturam*, et *legem*; atque naturam praerogatiuam eo ipso indulgere primogenito, quod tempore prius nascatur, ut primum parentum robur, et a parentibus impensius amari solitum. Sed quid hoc ad rem? Nec temporis prioritas, nec parentum adfectus ius facit excludendi a successione; primum uero robur ad reliquos fratres (*nil*), multo minus ad eorum lineas, quidquam conducit. Et quamuis iure gentium quoddam opimius ius primogenitis datum quandoque fuerit, nec uniuersale

sile tamen istud est, neque excludit reliquos fratres a successione, nisi forte in monarchia. Quemadmodum igitur in natura nullum fundamentum hic est, ita nec lex habet, quod hoc sequatur ductu, adeoque mera et numquam probanda petitio principii est, ius reale radicatum successionis omnibus et singulis lineis in infinitum conferri per legem et Auream Bullam, sed fratribus quidem superstitibus hoc confertur, at remotiorum agnatorum lineis non item. Et quamquam Lampadius quoque *de re publ. Rom. Germ. part. III. cap. 4. §. 10.* has hypotheses amplexus fuit, notatus tamen iamtum est a Conringio, cui hic magis amica fuit ueritas, quam amicus Plato. Adcurate enim contra arguit, quod ex parentum culpa amitti potest, id ipso natiuitatis momento, proprio iure adquisitum, dici minime posse, sed ius transmitti denique a morte paterna. Ceteroquin non est singulare ius, sed commune iuris feudalis principium, quod agnati proprio quidem iure succedunt, et beneficio primi adquirentis aut communis stipitis; adeoque potest dici, habere a primo natiuitatis momento quemlibet agnatum ius et spem succedendi, sed ius remotum, et tandem non in iure primogeniturae fundatum, quod numquam in his solide probatum fuit, sed secundum ius commune feudale et iuxta proximitatem gradus. Sicut enim si quis agnatus in successione allo-

diali in iure repraesentationis gradu remotiori se uellet fundare, probatione deficeret: ita idem contingeret de iure primogeniturae in feudis (*).

§. XIII.

Agnouit hunc nodum serenissima domus Palatina in pactis Heidelbergensibus, uti uocantur, a. 1533. inter Fridericum II. electorem, Ottonem Henricum, Ioannem, et Wolffgangum, duces et comites Palatinos Rheni initis (**), de successione in casibus

(*) Atque quum, ut supra ex Tiraquello et Peregrino ostensum est, alia ratio succedendi sit in regiis dignitatibus, alia in feudis, electoratus autem sint species ex utroque mixta, conueniens est, ut et successio talis sit, et iure regni aut primogeniturae descendentes et fratres succedant, agnati uero iure sanguinis, proximitatis, ac feudi.

(**) *Nota.* A. 1541. d. 21. Febr. Ioannes et Rupertus pro se tutorio nomine Wolffgangi comit. Palat. duc. Bau. pactum de successione futura in electoratu hoc fecerunt, ut senior succederet: Wer es, das der Churf. Stamm über kurtz oder lang verfiele - - so soll mehr genannt Chur alsdann und in demselben Fall uf den eltesten Fürsten in dem andern Stamm fallen, und bey demselben und solchem seinem Stamme verbleiben. Idem repetitum et impressum inter Ioannem et Wolffgangum d. 20. Nou. 1546.

casibus futuris, atque eum casum, si quaestio orta fuerit inter Friderici, ducis Simmerensis, abnepotem, et alterius fratris Ludouici Veldentini pronepotes, Wolffgangum et Georgium Ioannem, non decisum per introductionem iuris primogeniturae crediderunt, sed reseruarunt decisioni imperiali: quae quum hodie idem casus exstiterit, adhuc desideratur: maxime quum etiam *Instrum. pac. art. 4. §. 10.* pacta illa Heidelbergensia ita confirmauerit, ut totius lineae Rudolfinae *iura salua rataque maneant.* Et si quae exspectatiuae confirmatio forte etiam impetrata fuerit, talis tamen confirmatio agnatis non praeiudicium facit de iure, ut optime docet Matth. de Afflictis *ad cap. quemadm. feud. ad filiam. n. 3.* (*). Deni-

(*) Vid. Elberti Leonini *Consil. 99. n. 3. 4.* Sed non tantum exspectatiua, uerum etiam inuestitura simultanea est impetrata ab aduersa parte. Quemadmodum porro Aurea Bulla Saxonica intelligi uenit saluo iure inuestiturae simultaneae obseruatae; ita etiam Aurea Bulla Palatina, quia utrobique simultanea inuestitura obtinet. Hic Rhodus, hic salta.

Anno 1545. Heidelbergae d. 11 Febr. pacti sunt Fridericus elector, Otto Henricus, Ioannes, Wolffgangus, et Wolffgangus, comes de Veldenz, ut etiam Ioannes et Wolffgangus inuestituram simultaneam ab imp. et electoratu peterent, itemque Otto Henricus et frater Philippus

Denique etsi ius primogeniturae ad conseruationem familiarum illustrium facit; fauor tamen eius non est tantus, ut impediat strictam interpretationem. Tiraquell. de *iur. primogen. qu. 16 n. 10.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. n. 5.* Vnde quum in comitiis Ratisbonensibus a. 1653. dux Saxoniae Altenburgicus, marchiones Brandenburgenses, duces Brunsuicenses, landgrauii Hassiae, et duces Holsatiae a collegio electorali coniunctim postularent, ut pro introductione iuris primogeniturae in omnibus domibus illustribus, et iis, quorum interesset, praeiudicari non possit, sed si quis ea de re controuersiam moturus esset, in comitiis eam proponere deberet, ut alteram partem desuper audire integrum esset.

Philippus et Wolffgangus, ob es unser Gelegenheit und Nothdurft erfordern, dieselbige Chur von irer Maj jetzt all, bald auch zu unsern rechten zu emphahen haben.



IOAN-

IOANNIS SCHILTERI,

IVRIS CONSVLTI,

MANTISSA

AD

COMMENTATIONEM

DE

NATVRA SVCCESSIONIS

FEVDALIS

II. FEVDORVM L.



CVPIDAE LEGVM IVVENTVTI

S. P. D.

IO. SCHILTERVS.

Quum superioribus annis, circa successionem in electoratu Palatino, exstincta linea Simmerensi, controuersia mota inter serenissimas domos Palatinas, Neoburgicam et Veldentinam, egoque de ea animi mei sententiam dicere a serenissimo principe Veldentino iussus fuerim, non potui auctoritatem tam illustrem defugere, praesertim quum et priuatis de iure respondere teneamur. Sed ita me eo in negotio gessi, ut non uelut caussidicus alterutrius partis caussam perorarem, sed methodo docendi uterer, et fontes genuinos, ex quibus lis decidenda ueniret, recluderem, neque quemquam sententia mea offenderem, ceteroquin libertate academica securus. Vnde factum, quod nullius persona pro aduersario mihi proposita, ne cuiusquam nomini praeiudicium fieret, fundamenta uel momenta porro caussae, prout ab eius patronis tunc exprimebantur, bona fide oportuit referri. Interea temporis serenissimi litigantes coram augustissimo imperatore Romanorum scriptis pugnarunt usque ad capitulationem serenissimi regis Romanorum, cui decisio huius

litis

litis inserta adparet. Contra eam protestatus quidem princeps Veldentinus, ex caussis tum proditis, sed cum piissimo illius obitu lis penitus sepulta fuit. Nunc post decem circiter annos uir clarissimus Io. Wolfg. Textor, superioribus nundinis Francofurtensibus confutare fuit adgressus Commentationem nostram ad II. Feudor. 50. de natura successionis feudalis: *id quod quum his diebus perlegerem, uisum mihi fuit, non opus esse hac de re serram contentionis trahere, quae res plerumque sui prostitutionem alteriusque scandalum secum ferre solet. Sed immo sine responsione ipsius uiri meamque commentationem orbis eruditi iudicio submittere non uereor; de uictoria non desperabundus. Sed est, lector beneuole, qui studiorum gratia nobiscum uersaris, quod a te petam. Solent saepissime caussarum patroni, caussae inseruientes, a uero scopo abludere, colores obducere, et ita si non uictoriam, saltem adplausum populi sibi conciliare. Sunt itaque nonnulla hic monenda, tui quidem gratia, ac docendi, non ex libidine contradicendi aut pugnandi, qui mos, teste S. Paulo, Christianorum non est, sed nec iustitiae sacerdotum. Vale, lector beneuole, et faue. Dab.* Argentorati, mense Ianuar. 1699.

§. I.

§. I.

Atque primo omnium obſerues, lector amantiſſime, quod uti in cuiuſuis diſciplinae totius, ita et in praecipuis earum partibus ἡ παιδεία non eſt negligenda, hoc eſt, explicatio cuiuſque rei genii atque naturae, principiorum genuinorum ac ſpecierum diuerſarum, cuius neglectus ἀπαιδευσία adpellatur. Itaque tractaturus hanc quaeſtionem, *an ſucceſſio linealis ex textu aut ratione iuris feudalis Langobardici ſiue communis defendi poſſit?* ne ἀπαιδεύτως rem agerem, ante omnia exponenda erat natura ſucceſſionis feudalis, et eius diuerſitas pro diuerſitate feudorum, quoad ſucceſſionem praeſertim. Quum igitur feuda alia ſint iuris Langobardici, alia et diuerſa iuris Francici: illa, ubi ſucceſſio iuris communis, ſecundum graduum praerogatiuam, obtinet: haec, in quibus ſucceſſio ſpecialis ſecundum ius primogeniturae et linearum, de una linea ad alteram ordine deuoluitur: iam facile patet, de una ſpecie ad alteram argui non poſſe. Porro in iure Langobardico, quod ius feudale commune uocant, tractari feuda iuris Langobardici et de ſucceſſione communi, oppido patet. At electoratus imperii feuda fuiſſe iuris Langobardici, ex eo conſtat, quod ius feudale Teutonicum aeque ac Langobardicum ius primogeniturae et ſucceſſionem linealem ignorauit uſque ad Carolum IV.

imp. qui per Auream Bullam primus ius primogeniturae in electoratuum successione introduxit, et ex feudis iuris Langobardici feuda iuris Francici fecit; utrum ex toto, an ex parte, altera uisio est.

§. II.

Dixi, linealem successionem, siue quae est iuris Francici, iure Langobardico ignorari. Sed hic non offendat, b. l. quod in hoc textu *II. Feudor. 50. lineae* mentio fit. Neque enim uerum est, linealem successionem esse, ubicumque successor alios lineae suae non participes excludit: alias enim sequeretur etiam, in allodiali successione, et in uniuersum omni, linealem successionem locum inuenire, quod absurdum ita demonstro:

Vbicumque successor alios, lineae suae non participes, excludit, ibi est linealis successio.

In omni diuisione praediorum, siue feudali, siue allodiali, inter plures fratres facta, successor filius unius, excludit ceterorum fratrum lineas, lineae suae non participes.

Ergo in omni diuisione praediorum, etiam allodiali, inter plures fratres facta, linealis successio locum inuenit. Et consequenter unica est successio, in tali casu, linealis, nulla iuris communis.

Con-

Conclufio eft falfa manifefto, minor certe uera eft; igitur neceffe eft, ut maior fit falfa. Scilicet, poteft quis linealem fucceffionem ita fingere, et ftatum cauffae peruertere; fed de tali uocis acceptione non eft quaeftio, uerum de ea, quae opponitur fucceffioni communi, et qua primi fratris linea excludit reliquas, ita tamen, ut ea exftincta reliquae non aequaliter, ut in hoc textu, fed ordine una poft alteram fuccedat. De hac fpecie quaeftio eft, fed textus nihil de ea continet, fed generaliter dumtaxat facit lineae mentionem, quatenus ea etiam in communi et Langobardica fucceffione locum inuenit.

§. III.

Porro et hoc caueas l. b. ne morem cauffidicorum fequaris, qui, quoties ad merita cauffarum refponfio deficit, recurrunt ad πάρεργα, aut fingunt, contra quod difputent. Enim uero in textu noftro tria funt adferta; primum de defcendentibus eius, cui in diuifione fraterna obtigerat fundus, de quo quaeritur; alterum de ultimi defcendentis fine prole mortui fratribus; tertium de agnatis remotioribus. An primum adfertum in controuerfia fuerit, parum aut nihil ad rem noftram facit. Potuiffet quidem in facto fieri, ut his forte a patruo ex proximitate gradus mora fuerit, fed non adfingenda hic eft hypothefis, quafi de fola de-

scendentium successione actum uelim, quam magno nisu impugnes. Hoc enim utique est in confesso, quod ex regula successionis communis descendentes primi possessoris primo excludunt collaterales: deinde, illis exstinctis, morte ultimi possessoris ἀτέκνω, inter collaterales mortui fratres exludunt remotiores agnatos, soli et omnes simul, quia gradu proximiores: post quos demum succedunt isti. Certe nulla hic linearum successio, etsi descendentes lineam constituant; (*atque*) non tam linea per se caussa est successionis, sed gradus in illa linea. Cuius ignoratio adfectata est τὸ πρῶτον ψεῦδος totius huius disputationis. Itaque si siue ex principiis, siue ex textu hoc iuris Langobardici decidenda fuisset caussa Palatina, certe pro domo Veldentina contra Neoburgicam decidendam fuisse, oppido manifestum est, tum ex ipso textu, quod confitetur pars dissentiens; tum ex ratione, quae in proximitate gradus consistit, nulla linearum in successione ratione habita, nisi descendentium; nulla collateralium. Neque credo, tibi, lector beneuole, satis facerem, si tibi persuadere uellem, id quidem ex textu ipso ita uerum esse, sed ex ratione textus contrarium posse argui. Quae enim haec esset distinctio? et quis effectus caussae? quae qualis est, talem oportet etiam effectum esse, secundum ueram et non simulatam philosophiam. Neque quidquam apud te proficerem, si porro distinguerem inter ratio-

rationem decidendi uniuerſalem et ſpecialem. Certe ἀπαιδευσίαν committerem, ſi ex ratione decidendi uniuerſali caſum in textu propoſitum deciſum dicerem, eamdemque tamen in concluſionem contrariam uellem retorqueri. Quae, quaeſo, fuerint argutiae? de iure Langobardico agnati non ſuccedunt ſecundum lineas, ſed gradus, quia ſucceſſio hoc iure non deuoluitur a linea ad lineam, *II. Feudor. 50.* ergo eodem iure poterit ſucceſſio deuolui a linea ad lineam, ἄτοπον et ἀσύστατον foret. Ratio quaeuis decidendi una eſt, eaque adaequata, id quod adcurate docuit Ant. Maſſa, Galleſius, *lib. I. de exercitatione iuris peritorum.* Quamobrem adparet, nihil quidquam ſolidi ex hoc textu, eiuſque ratione, non ſuperficialiter intellecta, poſſe pro ſucceſſione feudi, quod eſt iuris Francici; ſiue lineari, probari.

§. IV.

Sed properamus ad alteram uiſionem de contextu Aureae Bullae, qua in electoratibus feudi Francici ſucceſſio ſiue ius primogeniturae fuit utique introductum; ſed quaeſtio fuit inter doctores, utrum ex toto, an ex parte? ſcilicet imperator tres ſuccedentium diuerſos ordines conſtituit; primus eſt deſcendentium, iſque non tam primi adquirentis dudum defuncti, ſed potius eius ſucceſſoris, (*cuius*) filii primogeniti deſcen-

dentes

dentes hic considerantur; alter fratrum; tertius agnatorum. Haec tripartita successio fundata quoque in iure Romano. Sic enim Iustinianus *Nou. CXVIII. pr. omnis generis ab intestato successio tribus cognoscitur gradibus, h. e. adscendentium et descendentium, et ex latere, quae in agnatos cognatosque diuiditur.* Sed quum moribus feudalibus adscendentes locum non inueniant; in iure Langobardico dispositum, *II. Feudor. 11. filius exsistentibus masculis, uel ex filio nepotibus, uel deinceps per masculinum sexum descendentibus, ceteri remouentur agnati;* siue fratres, siue agnati remotiores. Quomodo porro secundus ordo fratrum, et tertius agnatorum discernatur, ab iisdem erit discendum. Ait Iustinianus: *si defunctus neque descendentes, neque adscendentes reliquerit, primos ad hereditatem uocamus fratres; si uero neque fratres, neque filios fratrum defunctus reliquerit, omnes deinceps a latere cognatos ad hereditatem uocamus, secundum uniuscuiusque gradus praerogatiuam, ut uiciniores gradu, ipsi reliquis praeponantur.* Et in *Authent. C. de legit. hered. post fratres fratrumque filios uocantur, quicumque gradu sunt proximiores.*

¹ Pariter de iure feudali communi dict. loc. *his uero deficientibus uocantur primo fratres cum fratrum praemortuorum filiis. Deinde agnati ulteriores.* Luculentius id docet Fridericus II. imp. *lib. III. Constit. tit. 24. cap. 2. de*


de successione feudali. ubi primo sunt descendentes in infinitum; deinde fratres (*ac*) eorum filii; et tertio in ulteriori gradu positi, scilicet nepotum filii ex fratribus, et qui quidem diuerso a prioribus iure censentur. Nec inmerito; etsi enim agnati quidem omnes sint descendentes primi adquirentis, non sunt tamen primi succedentis; (*ut*) primogeniti descendentes: neque etiam eiusdem fratres aut filii. Sed horum quidem descendentes, respectu ultimi defuncti, sunt et dicuntur in specie dumtaxat agnati collaterales, id quod prae ceteris animaduertit Eybenius in *Elect. feud. cap. 7. §. 17. pag. 145. fin.* Conf. et Hattyser. *Analys. iur. feud. cap. 7. p. 87.*

§. V.

His ita positis, quaestio de interpretatione Bullae Aureae orta fuit, *utrum ius primogeniturae in totum h. e.* per omnes tres ordines, *fuerit introductum, an uero per priores tantum duos?* Ansam dubitandi dedit ipse textus, in quo imperator lineas fratrum primogeniti usque ad ultimogeniti lineam iure primogeniturae succedere satis clare constituit. De tertio uero ordine agnatorum uocat ad successionem in electoratu SENIOREM ET PROXIMIOREM. Id quod in Bullis specialibus, Palatina ipsa et Saxonica, luculente quoque exprimitur. Vnde si contingeret, ut duo uel tres in pari gradu concurrerent, SENIOR

SENIOR ab imperatore uocatus intelligitur. Id quod iustae interpretationis quoque regulis utique conuenit, si res aliter exitum habere non poterit, nempe propter naturam feudi electoralis indiuidui. Accedit porro altera regula iustae interpretationis, quod regulariter non extensiua, sed restrictiua locum in applicatione inuenire debeat. Atque hoc solidum fundamentum euersum a caussae Palatinae patronis non fuit. Postquam autem postea per capitulationem regiam ab imperatore et electoribus haec lis fuit decisa, et interpretatio authentica interposita, serius nunc, immo perperam haec controuersia renouatur inter hos, qui authentica interpretatione destituuntur.





INDEX

INDEX RERVM.

* * *

A.

Delicta

Delicta

I.

K.

L.

Promis-

Successio





